

M A T E R I A Ł Y Z RÓDŁOWE

Archiwa, Biblioteki
i Muzea Kościelne. Tom 4.

DWA POMNIKI Z DZIEJÓW UNII KOŚCIELNEJ

W Y D A Ł

KS. ALEXANDER PETRANI

Bazylianin o. dr Borys Jan Bałyk niedawno ogłosił drukiem dwa dzieła będące prawdziwymi pomnikami historii unii kościelnej: *Vita Rutscii* oraz *Discursus de corrigendo regimine in ritu graeco*¹. *Vita Rutscii* napisał metropolita Rafał Korsak prawdopodobnie w czasie swego pobytu w Rzymie, dokąd przybył w końcu września 1639 roku i gdzie zmarł w dniu 28 sierpnia 1640 roku. Tekst podany przez o. Bałyka jest niepełny, gdyż rozpoczyna się od rozdziału 14. Natomiast *Discursus* jest dziełem Józefa Rutskiego, który napisał ten traktat w styczniu 1605 roku, w czasie gdy był rektorem unickiego seminarium duchownego w Wilnie.

Rękopis zawierający oba zabytki piśmiennictwa o. Bałyka odnalazł w Wojewódzkim Archiwum Państwowym w Lublinie, w księdze zatytułowanej *Greckokatolicki Koncytorz w Chełmie*, sygnowanej nr 1073, na stronach 585-609. Rękopis posiada również własne pierwotne liczbowanie kart od 5 do 20. Księga ta w roku 1882 włączona została do zbiorów utworzonego w roku poprzednim Muzeum cerkiewno-historycznego chełmskiego bractwa Bogarodzicy przy tamtejszej katedrze². Wydawca poprzedził publikację tekstu ciekawym wprowadzeniem, w którym między innymi opisał również swe poszukiwania rękopisu.

Po raz pierwszy treść obu pomników, razem z historycznym komentarzem, podał do publicznej wiadomości rosyjski uczony P. N. Źukovič w artykule *Žizneopisanie mitr. Josifa Vel'jamina Rutskago, sostawленное mitr. Rafailom Korsakom i сочинение Rutskago об улучшении внутреннего строя в униатской церкви*³. Źukovič korzystał ze zbioru rękopiśmennego, który był kiedyś własnością bazylianów i na drugiej karcie tytułowej miał notatkę, zrobioną później ręka i głoszącą, że *conscriptus est a piae memoriae RP. Basilio Batori Silesio*⁴.

Zbiór ten w roku 1902, po śmierci pewnego biskupa prawosławnego, do-

¹ Duo documenta ad res gestas Josephi Velamin Rutski, metropolitae Kiovensis, spectantia primo eduntur. *Collect. theol.* R. 29: 1958, fasc. 1/4 s. 49-97.

² A. Kossowski: Blaski i cienie unii kościelnej w Polsce w XVII-XVIII w. w świetle źródeł archiwalnych. W: *Księga pamiątkowa ku czci J. E. X. Biskupa Mariana Leona Fullmana*. Cz. 3. Lublin 1939 s. 97.

³ *Christianskoe Ctenie*. G. 89: 1909 s. 1089-1108.

⁴ Tamże s. 1090, przyp. 1.

stał się do Biblioteki Cesarskiej Akademii Nauk w Petersburgu i tam dotarł do niego wspomniany uczony.

Tekst *Vita Rutscii*, złożonej z 44 niedużych rozdziałów, był już znany z innego rękopisu przechowywanego w lwowskim klasztorze oo. bazylianów. Według Źukoviča został on wykorzystany w literaturze naukowej przez A. Guépina, J. Pelesza⁵ oraz E. Likowskiego⁶.

Otoż Guépin rzeczywiście korzystał z *Vita Rutscii*, co też odnotował w swoich pracach⁷. Natomiast Pelesz raczej tylko wspomina o jej istnieniu⁸. Ks. Likowski zaś pisze wręcz przeciwnie, mianowicie, że wiadomości czerpie z pracy Guépina, uzasadniając to w następujący sposób: „ponieważ, mimo najusilniejszych starań, nie mogliśmy dostać manuskryptu *Vita Rutscii* przez R. Korsaka, na której się o. Guépin opiera”⁹. Z późniejszych historyków *Vita Rutscii* znał i wykorzystał w swoich publikacjach ks. Marian Rechowicz¹⁰.

Z kolei pracę Źukoviča wykorzystał Piotr Chomyn, a później także A. G. Welykyj, którego artykuł przytacza o. Bałyk¹¹. Natomiast Chomyn ogłosił w języku russkim ciekawy artykuł pt. *Mitropolit Josif Velamin Ruts'kyj i joho osvitni zmahannja*¹².

Piszący te słowa, będąc w posiadaniu rękopisu zawierającego pełny tekst *Vita Rutscii* i dostrzegając w tekstu ogłoszonych przez o. Bałyka liczne fragmenty błędnie odczytane oraz pewne luki, postanowił wydać oba teksty po raz pierwszy w całości i w możliwie poprawnej formie¹³.

Rękopis pochodzi z księgi *in folio* i zawiera karty liczbowane od 96 do 125. Na treść rękopisu składa się: przede wszystkim wymienienie w porządku hierarchicznym dostojuników bazylianiskich zebranych na kongregacji zakonnej. Są to: *Cyprianus [Zochowski] archiepiscopus totius Russiae; Leo Załęski protothronius metropoliae Kiiovensis, episcopus Vladimiriensis et Brestensis; Jacobus Susza episcopus Chełmensis et Bełżensis, archimandrita Żydzinensis; Michael Martianus Białozor episcopus Pinscensis; Stephanus Martyszkiewicz Businski protoarchimandrita Ordinis S. Basili M.; Pachomius Ohilewicz Ord. S. Basili consultor; Symeon Cypryanowicz consultor Ord. S. Basili M., superior Zyroviciensis; Georgius Malejewski Ord. D. B. M. consultor, superior Czerejensis; Bonifacius Puczkowski Ord. D. B. M. proconsultor; Josephus Pietkiewicz secretarius Ord. D. Basili M., superior Bytheniensis; Joachimus Kuszelicz Ord. D. Basili M., congregationis praesentis notarius.*

Po ogólnym tylule: *De vita Josephi Velamin Rutski Metropolitae Rhussiae* następuje odpis fragmentu pracy jezuity Mikołaja Łęczyckiego (1574—1652) pt. *Opusculturum spiritualium tomus primus*¹⁴. 1. *De recte traducenda adole-*

⁵ Tamże s. 1089.

⁶ Tamże s. 1090.

⁷ Saint Josaphat archevêque de Polock. T. 1. Poitiers—Paris 1874 s. 32, przyp. 1; Un apôtre de l'union des églises au XVII^e siècle. Saint Josaphat et l'église greco-slave en Pologne et en Russie. T. 1. Paris—Poitiers 1897 s. 33, przyp. 1.

⁸ Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom. Bd. 2. Wien 1880 s. 124, przyp. 193.

⁹ Unia Brzeska (r. 1596). Wyd. 2. Warszawa 1907 s. 244, przyp. 1.

¹⁰ Jan Józef Welamin Rutski (1573—1637). (W trzechsetną rocznicę śmierci). Prz. powsz. R. 54: 1937 t. 216 s. 359; Sprawa Wielkiego Seminarium Misyjnego dla unitów na ziemiach dawnej Polski (1595—1819). Kraków 1948 s. 14, 18.

¹¹ Collect. theol. R. 29; 1958 s. 50.

¹² Bohoslovia. R. 1: 1923 s. 261—283.

¹³ Bardzo uprzejmie dziękuję pani doc. dr Leokadii Małunowiczównie, kierowniczce sekcji filologii klasycznej na Wydziale Nauk Humanistycznych KUL, za łaskawą pomoc w ustalaniu tekstu obu zabytków piśmiennictwa.

scentia in statu saeculari et in quovis alio, c. 19, n. 118. Jest tu pochwała zakonu oo. bazylianów a szczególnie metropolity Rutskiego. Tekst jest wiernie odpisany; w dwóch miejscach poprawiono nazwy klasztorów: *Žyrovicense* (w pracy Łęczyckiego: *Furovicense*) i *Bythenense* (Łęczycki: *Bythinense*). Dalej czytamy skrócony życiorys Józefa Rutskiego przepisany z pracy jezuita Wojciecha Kojałowicza (1609—1677)¹⁴.

Z kolei następuje tekst *Vita Rutschii*; a na końcu redaktor rękopisu notuje, że widział również inny żywot Józefa napisany przez metropolitę Korsaka odmienną metodą, redakcja ta jednak już nie istnieje. W zaginionym żywocie, jak pisze, była mowa o pewnych czynach heroicznych. Dalej podaje, że życie Rutskiego w zwięzlej formie opisał również Dominicus Ottolinus i opis ten ofiarował dzisiajszemu papieżowi Innocentemu XI. Redaktor tej wersji nie czytał, ale pisze, że są tam rzekomo rzeczy nadzwyczajne. Poza tym stwierdza, że wzmianki o Rutskim znajdują się w pracach chełmskiego biskupa Jakuba Suszy (1610—1687) o życiu bł. męczennika Jozafata¹⁵ oraz o życiu Melecyusza Smotryckiego¹⁶, a także w kazaniu pośmiertnym wypowiedzianym na pogrzebie Smotryckiego przez jezuitę Wojciecha Kortyckiego (1593—1637) i ogólnoszym drukiem w 1634 roku¹⁷.

W końcu dodaje, że o Rutskim istnieją również przekazy ustne, których tu nie przytacza, ponieważ nie zamierzał pisać życia Rutskiego, tylko zebrał wszystko to, co znalazł już napisane.

Z kolei następuje *Discursus*, którego autograf w języku polskim redaktor przetłumaczył na język łaciński. Następnie redaktor pisze, że jeszcze inny traktat Rutskiego o sprawach unickich znajduje się w książce o. Tomasza od Jezusa, karmelity bosego (j 1627)¹⁸, ale tej książki nie ma pod ręką.

Wreszcie czytamy testament Rutskiego, po którym całość rękopisu zamyka zdanie: *Documenta data Religioni*.

Ciekawe, że poza początkowym wymienieniem dostojników bazylianowskich i ostatnim zdaniem treść rękopisu opracowanego przez Žukoviča była identyczna¹⁹.

Omawiany rękopis musiał powstać w latach 1679—1689. Na te daty wskazującą następujące dwa fakty. Wymienieni na początku dostojnicy dosłownie w tym samym porządku hierarchicznym w dniu 31 lipca 1679 roku podpisują akty XXI kongregacji bazylianńskiej odbytej w Žyrowicach²⁰. Rzeczywiście na szóstej sesji wymienionej kongregacji była mowa o Rutskim, mianowicie zapadła uchwała o reasumacji konstytucji i przepisów kongregacji zakonnych wydanych przez metropolitę Rutskiego, „których cały zakon święty trzymać się i według nich rządzić chce”²¹.

¹⁴ *Miscellanea rerum ad statum ecclesiasticum in Magno Lituaniae Ducatu pertinentium. Vilnae 1650.*

¹⁵ *Cursus vitae et certamen martyrii B. Josaphat Kuncevicii archiepiscopi Polocensis... Romae 1665.*

¹⁶ *Saulus et Paulus Ruthenae unionis sanguine beati Josaphat transformatus, sive Meletius Smotriscius archiepiscopus Hieropolitanus, archimandrita Dermanensis ord. S. Basilii Magni... Romae 1666.*

¹⁷ Widok potyczki wygranej, zawodu dopędzonego, wiary dotrzymanej...

¹⁸ *Thesaurus Sapientiae Divinae in gentium omnium salute procuranda... Antverpiae 1613.*

¹⁹ *Christianskoe Ctenie. G. 89: 1909 s. 1100—1101.*

²⁰ *Archeograficeskij sbornik dokumentov otносјасчихса K'istorii severo-zapadnoj Rusi. T. 12. Vil'na 1900 s. 120.*

²¹ Tamże s. 119.

Natomiast papieża Innocentego XI (1676—1689) redaktor nazywa dzisiejszym (*hodiernus*), czyli współczesnym czasom, w których były redagowane wyżej omówione pomniki.

Przy wydawaniu tekstu obu pomników stosowano się na ogół do obowiązującej instrukcji wydawniczej źródeł nowożytnych²².

[I]

[k. 98] VITA JOSEPHI VELAMINI RUTSKI CONSCRIPTA LATINE
AB EIUS SUCCESSORE RAPHAELE KORSAK METROPOLITA RHUS-
SIAE EIUSDEMQUE VERBIS HIC TRANSCRIPTA EX MANUSCRIPTO
QUOD HABERI POTUIT, ALICUBI MUTILO, NEC ABSOLUTO

Caput I

Quando, ubi, et quibus parentibus natus est Josephus metropolita Rhussiae? ubi et infantia illius

Josephus metropolita Rhussiae, in saeculi Joannes vocatus, natus est anno 1574 in Magno Ducatu Lithuaniae in loco 20 leucis a civitate metropolitana Vilnensi distante, in palatinatu Novogrodensi, ab ipso oppido Novogrodeco duabus leucis remoto, in bonis paternis Ruta dictis, eo quod ad fluviolum Ruta dictum sitae sint. Patre Felice Velamin a Ruta, nobilissimo quidem viro, sed eo solum nomine infelici quod haeresi calviniana pollutus vixerit. Matre vero Bohumilla Korsakowa, non ignobilioris conditionis femina, sed simili haereseos contagione infecta. Ita scilicet Deus omnipotens rosam hanc lectissimam tam acuteatis prodire voluit spinis, ad perpetuum sibi famulitum de ventre plane matris vocans Josephum. Duo filii parentibus fuerunt, sed maior natu Josephus, qui et filicissime supervixit fratri natu minori, duas sorores germanas habuerat, quae etiam emancipatae et elocatae, haeresim in fidem catholicam [k. 98 v.] feliciori degeneratione commutarunt, verum uterque parens a via erroris non recessit usque ad mortem. Et pater quidem mortuus est adhuc in saeculo agente Josepho sepultusque est in pomario domus suae Rutae, ubi et nunc cadaver illius jacet. Mater vero decessit sub id plane tempus, cum Josephus jam metropolitam agens, ageret Romae tempore felicis memoriae Pauli V pontificis maximi, de quo infra. De illius infantia hoc dumtaxat constat, primo quidem quia Dominus noluit servum suum baptizari ab haereticis, sed sacerdos parochus Połomensis ritus graeci, vir excellens eundem baptizavit. Cum iam vero aliquot annorum esset, parens haereticus quaerit ex Joanne: Quid tandem futurum esset tecum Joannes? respondit servus Dei fiam.

Caput II

Pueritia et adolescentia Josephi

Illud est haereticorum ingenium, ut optime scientes a teneris haeresi assuercere multum esse, nutrices etiam et magistros eiusdem farinae filiis suis procurent, quatenus haereditario quasi jure, in prolem lues pessima per educationem

²² Instrukcja wydawnicza dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX wieku. Wrocław [1953].

haereticam delabatur. Ejusdem genii fuit Felix Velamin, qui postea quam Josephum vidit annos infantiae excessisse, detinat illum educandum in tribus diversis locis in eodem palatinatu Novogrodensi tribus anabaptistarum antesignanis et ministris illis nunc, Licinio, Moysi, Tymotheo, hominibus ad id solum natis, ut illa tempestate filios nobilium etiam orthodoxorum a teneris haeresi imbuerent, deficientibus scholis catholicorum Novogrodeci, quinimo in aliis locis viciniis. Nec multo post, dum jam puerum abjecisset, et adolescens ad studia altiora aptissimus judicaretur, Vilnam adductus est, et ibi in scholis calvinistarum, nihilomelius imbuendus thraditus. Sed Dominus Deus, qui non permittit servos suos videre corruptionem, jam tunc ostendit, quis et quantus futurus esset Josephus. Elucebant in illo quaedam futurae sanctitatis praesagia, cum a teneris, nullo magistro externo sed solo Doctore interno Deo edoctus cum Jobo, ita pepigit foedus cum oculis suis, ut ex quo infantiae annos excessisset nullius unquam feminae faciem aspicerit, et quod mirabilius [k. 99] est, neque proprias sorores, aut matrem propriam unquam viderit, ac proinde nunquam ullam e suis domesticissimis novit. Memor illius Evangelii: „Inimici tui etiam domestici tui“. Hinc factum est, ut tanquam de altero Bernardo dicerent coactanei, dum alioquin parum decentius confabularentur, Joannes venit: hocque ipso nomine a facetiis illis indolem bonam corrumpentibus deterrebantur. Qui quidem actus talem in Josepho habitum generarunt, ut jam senex de se diceret: satis sibi superque causae ad subitanam et improvisam mortem fuisse (propter timorem, et jam quasi connaturalem abhorcentiam), si solus cum sola femina in una cella concluderetur.

C a p u t III

Felix ingenium, studium pertinax, felicissima memoria Josephi

In illam sic non malevolam animam facile intrabat Spiritus Sapientiae, quo factum est, ut in litteris humanioribus ita profecerit, ut nemo alias ex illius commilitonibus. Cui illud accessit naturae commodum, quod cum bonam naturaliter animam sortitus esset, ingenium quoque docile, atque ad omne studii genus expeditissimum nactus esset, hinc tam in legendo capacissimus, quam in explicando facilimus, quam denique in discurrendo felicissimus fuerit, cum plurimum seniorum confusione. Neque vero ignarum ipsi fuit felicissima ingenia per desidiam hebetari. Hinc totum se studio diurno et nocturno dederat insomnes saepius ducendo noctes, sed et ad radios lunae lectioni vacando, ne candela lumine aliis alicuius in somno daret interruptionis. Hinc et ita oculorum perspicacitatem hebetavit, ut tota vita sua visum breviorem habuerit, licet e vicinia minutissima quoque lynceis plane oculis discernere posset. Memoria denique tanta pollebat, ut annales illum dicere quis posset verum ac familiarum plurimarum vel patriae, vel totius orbis, et vel maxime Ecclesiae, quodque semel in adolescentia didicit, nunquam oblitus fuerit in posterum, ac proinde dum jam senio confectus esset facillimum illi fuerat, neque semel praevisas, sed dumtaxat in juventute lectas, defendere ac arguere conclusiones theologicas aequae ac philosophicas. Orationes oratorum integras, poemata etiam integerrima ex ordine versuum sine haesitatione, occasione data, recitare. Ad tantae cultum memoriae illud sibi medium assumpsit, ut usque ad senectutem nullam diem intermittere passus fuerit, qua non plures lineas ex aliquo authore memoriae demandasset. [k. 99 v.]

Caput IV
De aliis Josephi dotibus

Erat illa tempestate infelicissimus catholicae religionis status Vilnae, in utroque Romano scilicet et Graecō ritu, hinc schisma virum suum longe pateque effundebat pastoribus divinarum aequē ac humanarum rerum imperitissimis eo tempore ecclesiae regentibus; illinc dogma Calvinī promotore palatino Vilnensi calvinista maximam civitatis partem occuparat. Dominus Deus creaturae suae non in finem iratus recenter illuc R. R. P. P. Soc[ietatis] Jesu, qui ad ecclesiam Vilnensem parochialem sedem suam fixerant, maximo bono fidei catholicae et damno perfidiae haereticae et schismaticae ultimo, Josephus conciones P. P. mirum in modum et frequentabat et observabat, referens illas fere de verbo ad verbum in libellum, tum ut obiecta contra instituta Calvinī dilueret, tum ut sensum veritatis eliceret. Et licet intentio illum judicavit, quid tum temporis et quo animo egerit, tamen gutta illa veritatis cadendo supra pumicem illum semper aliqua in conscientia reliquit vestigia, ut semper magis magisque ad frequentandum et notandum accenderetur. Ita ut ipsi pseudodidascalī hoc in illo notabiliter observantes, quod potentia sua illorum dogmata publice (quanquam disputandi causa) impugnaret, jam illi facultatem adeundi et audiendi conciones praefatas negarent ad quod ipsi fuerant ductores. Praevidebat scilicet impostor ille vetus quid et quantum in posterum per hoc medium bonum speraretur. Accessit hoc quoque tantae rei commodum, quod sacrae scripturae lectioni totum sese dedit adolescens adhuc existens. Hinc facile potuit integra capita, data occasione tum Veteris tum Novi Testamenti recensere. Hinc loca quae in concionibus sensu catholico citabantur, nullo negotio potuit penetrare, ut veritatem vel impugnatam vel defensam, si non agnosceret, saltem vel minus impugnaret, vel potentius coram suis asseclis tueretur.

Caput V
Dispositio in Josepho ad fidem catholicam

Non passus est diutius Dominus Deus in latebris haereticorum delitescere Josephum, sed illum alio avocavit, atque [k. 100] ab oculis parentis avulsit hac ratione: erat Felici Velamin maxima necessitudo cum diversis in Regno Poloniae insignibus viris, quam contraxerat in curia regali, quam saepissime adibat comitiorum vel aliorum negotiorum causa et vel maxime in comitatu senatoris cuiusdam haeretici calvinistae. Inter alios optime convixerat nobili insigni catholico Świętosławski nomine (major domus palatini olim Vilnensis, ducis ab Ostrog hic fuerat), huic Josephum adolescentem ingenii perspicacis, morum compositorum, ad optima quaeque natum recommendat. Sequitur patris Josephus voluntatem, jam sese catholicis immiscet primis, accedit porro, ut forte fortuna patres Societatis disputationem instituissent in domo Pare¹ ducissae catholicae palatinae Volhiniensis cum quadam schismatiarcha Basilio² quasi theologo ipsius praefati ducis schismatici. Hinc Josephus praesens illi disputationi, modum catholicum disputandi adamavit et veritatem cum admiratione venerabatur. Et licet brevi illic tempore egerit, tamen propter aliquale lumen fidei sparsum per viam catholicę conversationis in corde illius, rediit domum certis de causis jam alter,

¹ Opuszczenia występujące w tekście zaznaczam pięcioma kropkami.

² Bazyli z Ostroga, teolog prawosławny.

si non factus, at saltē faciendus, quod vel hinc colligi potest. Felix videns filium reducem de medio catholicismi suspicatus, ne jam haeresim abjurasset, monet, quoniam tempus instaret communionis haereticae generalis, quam minister in domo sua Ruta peragebat, ut se ad communionem praepararet, non renuit Josephus. Et dum pater solito tutior de hac filii putata in haeresi constantia, ex cubiculo esset egressus, procidit in genua Josephus et Deum in Trinitate Unum obtestatur, ut ostendat illi viam in qua ambularet, et in particulari, debebetne communicare, vel non? Et ecce illo orante, nescio quibus de causis, motus in domo factus, ita ut necesse fuerit communioni valedixisse. Atque ita gaudebat jam senex os suum nunquam fuisse maculatum pane abominationis, secundum infidelitatem calvinianam. Ita sensim sine sensu Dominus disponebat illud novum vas electionis, ut portaret nomen illius in Russia.

Caput VI

Mors Felicis Velamin, discessus Josephi Pragam, insigne castitatis exemplum

Tandem post annum 1590 ultimum vitae debitum persolvit Felix, minus felix ut supra dictum, quod in haeresi decesserit. [k. 100 v.] Parentarunt illi haeredes filii. Et jam in libertatem vindicatus Josephus una ex parte, qua patre carebat, remoratam tamen matris superstitionis iter in exteris instituit nationes. Divina autem dispositione factum, ut comes esse meditatur in ditiones corum descendantium, quorundam haereticorum principum, pestis regiobibus grassans, discessum praepediret. Quare jam sine Pragam se contulit, ut in celeberrima Carolina ibi Universitate (quam Hussitae haeretici eo tempore regebant) reliquum suorum studiorum absolveret. Sed ecce vere dixit Sapiens: „Cum bono bonus eris, cum perverso perverteris“, licet quorundam ita est male compositus genius, ut bonitate bonorum ad meliorem frugem non trahantur, quorundam ita bene dispositum ingenium, ut malitia malorum ad nequitias non flectantur. Hoc ipsum in Josepho luce ipsa clarius enituit. Quamvis enim periculum censeri posset conversatio cum compatriotis quibusdam mali habitus iuvenibus, tamen illa optimum habuit effectum, quia simplici contracta fuit intentione. Forte fortuna invitavit Josephum condiscipuli ad visitandum quendam amicum. Dolum celant, impia machinantur. Josephus ut ovis ad victimam ducitur. Ignoram ingrediuntur Josepho domum, sibi autem notissimam. Cautiorem adhibent coenam, coenati lusus et choreas aggrediuntur. Scientes autem Josephum talium hostem, immittunt eidem procacissimam feminam aut feram eo potius ferociorem, quo toto corpore magis nudatam. Quid hic faciat Josephus? cultrum sine sceleris animo arripit, jurat se hostem confixurum, ni recedat. Suos tanti criminis arguit manifeste. Territi singuli tam casti iuvenis constantia, risui et lepori supersedent, illoque motore discedunt, intima in animo Josephi a tam incasta generatione aversione relicta. En Nicetam alterum, de quo tamen dicere posset Christus Jesus, quod ne catechumenus adhuc quidem hoc virginalis pudoris et puritatis pallio corpus suum virgineum contexerit.

C a p u t VII

Pragae convertitur ex haeresii ad fidem catholicam

Pragae itaque feliciter in manus Dei viventis vitam sponte offerentis incidit Josephus, considerans enim pessimam apud haereticos iuvenum educationem, et recens malorum exemplum alta mente reponens, ad fidem catholicam, per calcatam pergit [k. 101] haeresim et tam prostitutae familiaritati valedicit, R. R. P. P. Societatis Jesu collegium adit. Animum rectori patefacit, erat illo tempore in hoc officio vir et doctrina et probitate conspicuus R. P. Theophilus Christecus³ nomine. Nec mera exercitia spiritualia illi dantur, ad confessionem generalem disponitur, confitetur, haeresim publice ejurat. Sacrosancto corporis Dominici munitur Sacramento. Et in fide catholica erudiendus tamisper detinetur illo affectu, ut si de religiosae vitae amplexu quidquam illi daretur consilii, sine ulla mora illud exequeretur. Sed Deus secundum sua ab aeterno judicia alio illum vocabat. Sed ecce antiquus generis humani inimicus duos obices ponit Josepho, ne ulteriora in fide catholica auderet, ne quod intenderat, ad effectum perduceret. Primo enim totam fere quam habuit trecentorum aureorum summam socius eiusdem abstulit, in uno momento victu et amictu spolians Josephum, quam tamen majori ex parte Dominus Deus illi restituit. Deinde majori jam impetu aggressus vertiginem capitum immisit Josepho, quam non nisi patiebatur in sacro sub tempus elevationis venerabilis Sacramenti. Sed et hac passione liberavit eum Dominus.

C a p u t VIII

Praga petit Herbipolim, Herbipoli Romam

Inito itaque consilio cum patribus, cum Pragae omnino nollet amplius manere, in ulteriores Germaniae partes iter meditatus est. Atque ita Herbipolim vel Viriburgum se contulit, celeberrimam ibi sciens illo tempore universitatem, et ibi summa laude triennalem peregit cursum, publicis ad disputandum pro laurea magisterii propositis et defensis thesibus, lauream tamen non suscepit, ideo quod illius consecutio non fuerit in more patriae nostrae. Innotuit matri et tutoribus Josephum e castris haereticorum excessisse. Scribunt continuo, ut domum revertatur, alias nihil se velle illi pro sustentatione subministrare. Quae res summam in Josepho causat difficultatem. Transibat eo tempore Herbipolim Roma redux, tanquam procurator provinciae Polonae, quidem e Societate nomine R. P. Boxa⁴ vir multorum meritorum in Societate, atque adeo in Ecclesia Dei, natione Lithuania. Illum itaque consulit Josephus, exponit se nolle redire domum non audita theologia, ut posset [k. 101 v.] haereticos convincere; ex alia vero parte non habere nec sperare sumptus domesticos, aperit litteras suorum hac in re scriptas. Bonus ille pater persuadet Josepho, ut eat Romam ad collegium, ubi sine sumptu posset theologiae studere, reddat memoriale et litteras ad P.P. Societatis Romam; bcnī consilii semen cecidit in bonam Josephi terram, Romam ire instituit. At enim ingeniosus est in pennas amor coeli, hinc sibi ipse est magister et dux viae spiritualis ac vitae, id dumtaxat unicum quaerens, ac toto studio requirens, quod majoris gloriae divinae sibi videretur, quidquid demum difficultatis et incommodi res adferret, Josephus talium ab initio fidei catholicae conscientius duriorem vivendi ingressus modum. Erat illi sufficiens adhuc e patri-

³ Krzystek albo Krzyski Bogumił, † 1622 w Krośnie.

⁴ Paweł Boksza, późniejszy prowincjał litewski jezuitów.

monio victus ita, ut centum ungarici adhunc tunc superessent, ad honestissime peragendum iter Romam. Erat in omne genus humanitatis aliis ostendendum satis fusus, sibi autem ita parcus, ut non parcens sudori et labori pedes iter Romam instituerit, per ducentas fere leucas victu minus quam ordinario vivens, quod autem sibi superabat ex hac peregrinatione in pauperem quemdam studiosum expendit, quem suis expensis Heripoli Romam usque duxit, quasi ex una phydelia non duos, sed jam plures dealbasset parietes, simulque et saluti ac pietati propriae ac charitati proximi deservisset. Quis hic jam alias Josephi actus affectusve prosequatur? Quolibet octiduo confessio et Communio ferventissima, lectus pro molli strato nuda tabula, lectio spiritualis perpetua, jejuniorum exacta observantia, semper et ubique Christi bonus odor, ita ut necesse fuerit religiosum quandam, qui comes itineris illi fuerat, hoc sermonis vivi et efficacis exemplo operis, si non ad meliorem certe ad ferventiorem frugem se recepisse, qui postmodum tubam cecinit praeclaris Josephi virtutibus, quas duobus fere mensibus degustarat. Hoc porro ordinarium illi fuerat, ut toto itinere nolle subsistere nisi in monasteriis vel xenodochiis, ubi occasio fuerit tum, ut saeculi tumultus devitaret, tum ut apis instar mel ubi sugeret ex tot pratis spiritualibus. Neque illum abundans locorum charitas quicquam movit, neque defectus paupertatis quicquam conturbavit, minimis inter maxima contentus semper, ut vel in illo solo deficeret illud commune peregrinorum [k. 102] opprobrium, quia scilicet raro sanctificantur qui peregrinantur, erat illud tempus cum male haberetur a pauperibus propter victimus parcitatem, ab hospitibus propter sensuum austeritatem, a filiis et filiabus familiae propter odium plusquam Vatinianum in ipsam quoque suspicionem honestatis, stetit tamen in omnibus ut super Josephus, neque stylum catholici religiosissimi fervoris, vel in minimis toto itinere interruptus.

C a p u t IX

Romae in Collegium Graecorum admissus theologiae vacat

Romam venit Josephus ante annum 1600, felicis memoriae Clemente VIII ad gubernacula Ecclesiae tum sedente, ubi ad litteras P. Boxae admissus ad Collegium Graecorum. Et pro more Collegii aliquot diebus legendae Collegii regulae illi dantur. Legit, sed ecce invenit in illis debere quemlibet collegiantem vivere in futurum ritu Graeco. Hanc difficultatem exponit confessario suo, exponit in Russia et ritu Graeco nullum esse ordinem, sed sempiternum quandam horrorem, res et personas abjectas, pastores rudes, uno verbo rustica omnia. Respondit illi confessarius: Quidni ergo Deus te vult habere ducem populi illius, et vas gloriae suae in illis partibus? Corroborat iuvenem tantum, ut non resistens totum theologiae cursum absolveret; injuratus tamen, sed secum ipse deliberans super ritus Graeci observationem. Primum eo tempore theologiae annum cooperat profiteri A. R. P. Mutius Vitellesscus praepositus nunc generalis Societatis Jesu, cuius et doctrinae et pietati plurima addi possent, si modestia eiusdem pateretur. Hunc itaque primum theologiae aggressus annum Josephus, et totum quadriennium sub eodem consummavit, quo profectu subsequentes luculenter anni docuerunt. At enim non hanc sibi palaestram satis esse judicans Josephus, ad evolvenda SS. Patrum volumina animum quoque applicuit tum, ut ea, quae essent ritus Graeci disceret, tum, ut spiritum illorum apostolicum imbiberet. Nec frustratus sua in hoc passu opinione. Ultra enim maximam rerum ecclesiasticarum [k. 102 v.] notitiam eo tempore acquisitam maximum ad salutem hominum procurandam

animum comparavit, ita ut jam senex dolere se diceret, quod junior illa non nosset, quibus jam vir a primis plane rudimentis discere debuerat. Liquefiebat cor illius, dum peritus scrutaretur sanctas Ecclesiae ceremonias a SS. Patribus institutas mysteriis plenissimas. Qui piissimus affectus magnum illi lumen ad theoriam addebat; dum enim SS. Patrum doctrinas solerter evolveret, sensum catholicarum decisionum facile eruebat. Accessit sagax antiquitatum ecclesiasticarum indagatio, conciliorum evolutio, ita ut necesse fuisset per superiores pertinax hoc studium moderari, ne valetudini obesset. Jam vero orationes ferventes, meditationes quotidianas, exercitia annua pro more Societatis et collegiorum illi subjectorum, ecclesiarum martyrum rigatarum sanguine visitationes et frequentes ac ferventes quis satis digne meminerit. Ad senium usque memoria talium illi veniebat, ut cum lacrimis; vel quae illo quadriennio viderat, vel quae degustarat saepius summo audientium gustu recenseret. Sed tamen, ut dixi, nondum juramento permanendi in ritu Graeco adstrictus, nec ad juramentum omnino praeparatus.

C a p u t X

Absoluto cursu theologiae, jussu Summi Pontificis in ritum Graecum jurat

Illud est divinae sapientiae elogium, ut disponat omnia suaviter, modos denique et media nobis nihil cogitantibus subministret ad illorum, quae ab aeterno praeordinaverat, executionem. Diximus supra, post Josephi conversionem et cursum philosophie absolutum, Heribipoli patrem Boxa e Soc[ietate] Jesu consilio fuisse illi, ut Roman peteret, ut Romae cursum finiret theologicum, eodem tempore etiam Roman iterum venit praedictus P. Boxa, sibi longe notissimus, et tantae auctor viae vitaeque. Illum itaque continuo adit Josephus, se suo consilio satisfecisse re ipsa demonstrat, sed conqueritur, quod a se exigatur juramentum in ritum Graecum, quid facere illum oporteat, consilium expetit. Collaudata hac ipsius intentione bonus pater in sequentem diem differt responsum, atque post datas spirituales doctrinas dimittit. Ipse vero interim [k. 103] se confert ad Sanctissimum et aperit esse quandam nobilem iuvenem Ruthenum natione Collegii Graecorum de Urbe alumnus optimae spei, per quem res Ruthenae Ecclesiae ipso fundo plane in apertum commodissime levare possent, in illis Ruthenae Ecclesiae initisi, plurima in laudem Josephi recensens secundum informationes, quas habuerat vel Praga vel Heribipoli. Rogat proinde Sanctissimum, ut illum faciat in Graecum jurare ritum, quod ille renuit; quippe cum nonnunquam commodius meliusve fides catholica in Russia propagari posse videretur, quam per nobiles iuvenes in fide catholica Romana educatos, qui nec sciret, quid esset vetus Graecorum schisma. Dictum factum, promittit Josephum vocaturum ad Sanctissimum, nihil tamen minus quam ritus latini mutationem opinatus optimo illo patre dextre rem totam celante atque ad tempus differente, donec tandem alia occasione nihil praemonitum ad audientiam Summi Pontificis introduxisset Josephum. Juvenem introduxit, quis et cuius tanquam rei nesciens aperit Pontifici, de dotibus et naturae gratiis informat modestius, toto denique studio eundem recommendat. Addit insuper Summum Pontificem esse obligatum providere de operariis Ruthenae Ecclesiae, cuius praelatos nuper in gremium S.R.E. recepisset. Et quoniam ille, qui ad pedes flecteretur Suae Sanctitatis, optimum futurum esset instrumentum ad piissimam pontificiam intentionem, innuit, ut Summus Pontifex eundem ad talia destinaret suo imperio. Et si quid obstaret ritus mu-

tatio id esse situm in arbitrio suae potestatis, cum caput sit Papa ritus utriusque. Novum et inauditum jam non sibi sed Pontifici datum consilium ita Josephum obstupefecit, ut jam plane dolum quendam meditaretur, irrequisitus tamen pro reverentia majestatis in contrarium nihil afferre ausus est. Tum Pontifex zelo boni patris in Ruthenorum unionem collaudato, sine ulla mora haec formalia dixit verba: Joannes, volumus, ut sitis ritus Graeci et in illius ad vitaliciam observationem juretis. Quid ad haec Joannes? Pater beatissime, neque novi, neque scio, quid sit ritus Graecus. Ad haec Pontifex: Joannes, volumus, ut juretis in ritum Ruthenum. Respondet ille se natum esse parentibus haereticis, educatum in schola calviniana, tandem gratia divina ad fidem catholicam in ritu Romano conversum in eodem hucusque perseverare et mori velle [k. 103 v.] neque autem unicam litterulam Ruthenam nosse. Nihil moratus hanc praetensionem summus Pontifex: Joannes, inquit, in virtute sanctae obedientiae volumus, ut mutetis ritum Latinum in Graecum. Lacrimis et silentio hoc pontificium veneratus velle recedit, et in reditu acriter dolum patri Boxae exprobrat. Ille vero pro illa, quam Spiritus tum dictabat, prophetia nihil commotus ad pontificiae executionem voluntatis ita animavit iuvenem, ut brevi post illam resistentiam convertens in bonam voluntatem juramentum perpetuum supra ritu Graeco servando emitteret.

Caput XI

Roma redit domum Josephus

Tot mercibus locuples Josephus theologiae cursu adsoluto domum redit. sciens vero vim illius, quod Romae praestiterat juramenti, cum tantisper domi sue substitisset Vilnam se contulit, ubi tum morabatur bona memoriae Hypatius Pociej metropolita Russiae, in gravissima a schismaticis et haereticis persecuzione in principio renovatae per illum ipsum unionis, ita ut vix reperitur aliquis, qui illi adhaereret, tam e saecularibus, quam e spiritualibus. Religiosi catholici ritu Graeco nulli tunc erant Vilnae, sed unicus dumtaxat archimandrita in monasterio Sanctissimae Trinitatis, nullo religioso comite de quo infra. E contra schismatici nova sibi exstructa synagoga tota civitate ad eandem confluebant. Hinc ecclesiae catholicae utrinque desolatissimae, tum deficientibus rectoribus, tum derelictae a civibus et maxime in ecclesia monasterii SS. Trinitatis nullus ordo, nullus ornatus. Hic porro intimus doloris gladius intima Josephi penetravit, dum ex una parte se juramento constrictum esse consideraret, ex alia vero modum et medium ad illius executionem non videret, et praesertim cum post saepius repetitas visitationes praedictus bonus metropolita non illum in suam familiaritatem ambiret, licet aliquoties Josephus eandem se ambire palam profiteretur, quando et Hypatius metropolita consilium illi dederat, ut ad instantiam illmi principis Radzivilli palatini Vilnensis, de quo supra, cum filiis illius in exteris iret nationes, quod tum Josepho totaliter displicuit, qui alio a numine trahebatur. Notabilis ergo tempore cum hac maxima voluntate minima vero facultate [k. 104] luctabatur. Jam horum, jam aliorum gravissimorum viorum implorans consilium, quorum tamen nullus illum a juramento liberabat, tamquam si illud in manibus pontificiis praestitisset, quod illi satis fuit ad teneram alias conscientiam magis magisque onerandam. De incepto vero rigore vitae nequicquam dimisit saepissime communicans apud R.R. P.P. Societatis, exercitiis spiritualibus vacans, et aliis privatis operibus, quae status et conditio illius pateretur. Dicebat subinde Josephus illius temporis facta mentione, quod cum vellem, inquit, lacrimis ubertim perfundi propter extremam desolationem,

adibam ecclesias nostras Ruthenorum, et ibi ceremoniis adessem, redibam vero semper cum fletu potum meum miscens. Ita scilicet schisma illa tempestate omnem vestium filiae Regis Catholicae in Rhussia Ecclesiae abstulerat. Sed non est alienum a proposito, quae Josepho illis temporibus occurrabant. Rediit ille Roma togatus more clericorum. Haec res parenti haereticae, mirum in modum displi- cuit. Omnibus igitur persuadebat modis, ut coloratam indueret pro more patriae vestem. Noluit ille huic politicae parentis contradicere voluntati. Tandem per hoc parentis se satisfecisse judicans voluntati easdem resumpsit et nunquam amplius illas depositus, nisi dum Moschoviam iret, de quo infra. Sed non hac vestium mutatione contenta mater, descenderat ad urgendum, ut Joannes uxorem duceret, tanquam si illi deberet filius nepotes. Hic jam de perpetua illius vir- ginitate disceptari considerans, prius quidem jam his jam illis celabat animum modis, et vel maxime, quia matre sua nil cedente ubi cum uxore manendum esset. Quo quidem mater auditio, cessit bona patrimonialia Rutam juridice. Josephus vero tum palam restitit, et se nuptias non meditari candide professus cum ex- tremo haereseos dolore. Cuius scientia ex carnis dumtaxat et sanguinis revelatis ortum ducere videretur. Jam vero abstinentia Josephi rara et cibi potusque par- citas amicis talium ignaris ne dicam hostibus in illo displicuit. Ad convivia ergo invitant frequentius, lautiores adhibent mensas, hiatos frequentant, compotatio- nem persuadent. Quid ille? jam valetudinis debilitatem opponit, jam causas negationis praetendit, jam fingit morbum improvisum, vel sanguinis e nasibus fluxum, ita ut necesse esset a mensa recessisse, non profugisse ingeniosum pro- fecto in raras mortificationes studium. Interim Vilnae mortuus est Petrus Theodo- ris⁵ theologus aequo doctus ac sanctus vir, qui seminario Rutheno attendebat. Ad [k. 104 v.] instantiam piae memoriae predicti Woynae⁶ zelosissimi Ruthenae unionis promotoris, in illius locum successit et curam seminarii habuit, usque dum iret in Moschoviam, de quo infra.

C a p u t XII

Iter in Persiam instituit Josephus

Sub illud plane tempus pontifex Paulus oratoris loco sui in Persiam desti- narat virum gravissimum aequo ac piissimum A.R.P. Paulum a sancto Simone ex ordine Carmelitanorum Discalceatorum, qui, dum haec scribimus, ex generali de- finitorem agit eiusdem ordinis Romae, cuius quoque summa virtutum nume- rarem elogia, nisi me modestia religiosa illius praepediret. Optimam hanc jam a suo intento occasionem arripit Josephus, et tanti comitem itineris se illi adjun- git. Viaticum e suo promittit patrimonio, ut proinde nil illum gravaret comes. Et quoniam iter in Moschoviam primum, postea vero in Persiam instituere debuerat, bonus ille pater propter commodius iter in Persiam solo quam salo, Jo- sephus se interpretem offert tanquam linguae in vicinia magis peritus. Accessit, quod se in Persia religionem eandem promitteret ingressurum Discalceatorum. Placet utrinque pactum. Varsaviae agit Josephus interpretem apud Serenissimum, ad quem litteras Summi Pontificis R.P. Paulus tulerat, quatenus suas quoque litterat adderet ad magnum ducem Moschoviae. Condescendit Serenissimus pio desiderio boni patris, et petitioni Summi Pontificis litterarum patentium et com- mendantium scriptum demandat illo Hieronymo Wołłowicz generali pro tunc Du-

⁵ Piotr Fedorowicz zmarł w 1602 roku.

⁶ Benedykt Woyna, biskup wileński 1600—1615.

catus Samogitiensis gubernatori (qui tum supremum adhuc notarium Magni Ducatus Lithuaniae agebat) Josephi usque ad mortem amantissimo. Quarum expeditionem Josephus tum interpres urgebat. Regni ille senator stupuit iuvenem equitem Polonum ad maxima quaeque natum velle patriae valedicere et acriter reprehendit, ne faceret, posse se in patria et sibi et aliis profuisse aperit, sed cum nihil profecisse videretur, iuvenem dimittit litteris illis expeditis. Nil moratus Patriae et Ecclesiae Ruthenae exspectationem, parentis adhuc superstitis ejulatus, consanguineorum gemitus, amicorum lacrimas, Josephus patrimonium in manu parentis relinquit, sibi tantum quantum pro viatico sat futurum arbitratus [k. 105] est, accipit, et comes ac interpres praefati oratoris pontificii discedit in Persiam, Moschoviam versus. Hic latum ingressus campum bene de optimo suo comite merendi Josephus, prioris in omnes voluntatis non minuit, sed auxit obsequia in Moschoviae ditionibus, humanitatis omnis longe quam dici possit expertibus, ita ut necesse fuerat hic Josephum non jam interpretem sed traducem quoque et aurigam agere, summa hieme tempestate perfrigida, viribus maximis, quae omnia, quia charitate plenum gerebat pectus, minoris erant, quam ut a pia illius intentione illum deterrenter. Veniunt Moscuam, ubi jussu magni ducis tota quadragesima detentus est orator. Tandem ipso die Paschatis ex civitate discedere et iter suum proseQUI jussi sunt, medio plane noctis intempestae silentis discedunt. Sed ecce itineris tam desiderati et ambiti obex Supremi Numinis alio Josephum avocantis ordinatio. Tota nocte dieque errant viatores, et sequenti media nocte rursus ignari repetunt Moscuam, licet traduces Moschos habuissent. Hic jam obstupuit pater Paulus et statim Josepho dixit: Tu D. Joannes, fortassis ut alter Jonas gressum impedis, penitus te comitem nolo, in patriam revertere. Terruit hoc inopinatum decretum, lacrimis pro se agit Josephus, aliam invenit causam, nempe: quia irreligiosi Moschi ne primum quidem tantae solennitatis diem coluisserint, sed iter ingredi compulissent. Bonus ille pater non sine motore Deo urget suam sententiam, negat omnino iturum amplius Josephum in suo comitatu, quinimo ad Graeci ritus observantiam, secundum voluntatem Vicarii Christi animat potentissime. Josephus tandem tanti viri sententiae condescendit, cum lacrimis comitatui valedixit. Tempus illud licet breve suaे mansionis Moschoviae gratis nolens censem magno duce, ut iuvenes moschos educandos mitteret in Lithuaniam et certe nisi mors praematura magni ducis Demetrii sequeretur⁷.

Caput XIII

Moscua in Patriam revertitur

Felix profecto devium, per quod Josephus ad regiam primae suaे vocationis viam, si non revocatus, certe revocandus videbatur. Reversus ille nunquam alias speratus domum, tantum dedit domesticis solaminis in reditu quantum abundaverant [k. 105 v.] lamentis in discessu. Cum autem domi aliquantulum substitisset, Vilnam petit. Hic jam se ipsum ingressus, et occasionem illam itineris tanto labore procurati jam amissam contemplatus revolvit etiam alta mente repositum, primum illud judicium summi pontificis Romani, rursus tantisper animum ad ritum Graecum, etiamsi illum non adhuc totaliter amplectitur, sed tamen perditus in bivio, et quo se verteret penitus ignarus. Ecclesias catholicas frequentat, ceremonias considerat cum gusto quidem, sed quia tum magna fuit ut mare commotio Russiae catholicae, ultimum animae Deum sitientis impetum non molitus.

⁷ Dymitr Samozwaniec (Ezédymitrij), car moskiewski od 20 VI 1605 do 17 V 1606.

C a p u t XIV

Occasio vocationis religiosae

Josaphat servus Dei, de quo saepius infra diversis occasionibus, archiepiscopus Połocensis, postmodum et martyr praecesserat Josephum ad religionem S. Basili biennio, ad quam eundem sollicite cum magna tamen humilitate et dexteritate inducebat. Cum enim junior aetate Josepho esset, non audebat aperte per se, sed per alias personas id perficiebat. Conveniebat ergo illo tempore saepius Josaphatum Josephus (manserat enim in domo monasterio contigua tempore satis longo), colloquiis spiritualibus cum eo occupabatur, vel aliquos fidei articulos eidem explicabat, vel aliqua loca Scripturae, verbum autem otiosum non auditum est vel unum inter illos intercessisse toto illo tempore, singulis autem fere diebus visitabat ipsum, ita ut jam tum Deo et divinis vacare coepit, differebat tamen ingressum in religionem Deo adhuc ita disponente Ita ut Josaphat amore in Deum accensus carens tali vitae socio, quo sperabat se vivere posse religiose, volebat abire in desertum, ut sine distractione soli Deo vacaret. Sed Josepho et quibusdam viris alterius religionis disuadentibus exspectabat tantisper, donec Dominus mitteret instinctus et inspirationes fortes Josepho, quibus jam amplius contradicere non posset, donec tandem pio hoc desiderio potitus esset, de quo infra.

C a p u t XV

Domo Romam iterum reddit Josephus

Non ferens hoc animi, inter saxum sacramque ut dicitur [k. 106] haerentis vulnus diutius Josephus Remam iter instituit petiturus, ut per Summum Pontificem a juramento illo supra ritus Graeci observatione liberaretur. Venit ergo in Urbem circa annum 1606, apud quem obtenta audientia exponit vocationem suam, statum Russiae, intentum suum, et supplicat Vicario Christi, ut conscientiam illius exonerare dignaretur, et ab illo Josephum liberaretur juramento, vel ut saltem illud juramentum commutaret in aliud, scilicet ingrediendi religionem aliquam et in particulari Societatis Jesu vel Carmelitanorum Discalceatorum. Habuit res haec summam in deliberatione pontificia difficultatem, eo quod modus ille a praedecessore suo approbatus pro juvamine Ruthenorum recenter conversorum mirum in modum eidem probaretur. Ad dissuadendum itaque Josepho hanc mutationem aliquot graves instituuntur praelati et religiosi, qui pro rei dignitate idem oratori exponerent. Et quod caput pontificium quoque judicium interponeret, ita in Domino decernens, ut ritum Graecum omnino profiteretur, Josephus illis jam plures aperit causas, quas nullo modo se posse esse ritus Graeci aperte demonstrat. Tandem evincit, ut illud juramentum sublatum esset, et facultas data ingrediendi unam ex duabus religionibus supradictis. Hic jam tot fluctus emersus Josephus in malatiā animi sui tum primum venisse videbatur. Laetus deinde domum redditum instituit, non nisi medio anno Romae demoratus.

C a p u t XVI

Josephus Roma redux secum ipse deliberauit, tandem miraculose ingreditur religionem S. Basilii in monasterio Vilnensi SS. Trinitatis

Roma redux Josephus de sua vocatione potenter deliberauit, sed ecce omne deliberaatum decretum Altissimi concludit evidenter. Erant Josepho a consiliis

spiritualibus patres Societatis Vilnae eo tempore, inter alios autem bonae memoriae pater Valentinus Fabricius, concionator tum Vilnensis, postea autem serenissimi Regis, qui multorum annorum et meritorum in Ecclesia Dei plenus obiit Varsaviae ante aliquot annos. Hic Josepho nihil minus cogitante in quadam [k. 106 v.] concione publica, illomet praesente post finem concionis dixit haec verba: Post octiduum, nempe dominica proxime sequenti, dominus Joannes Rutski, quem vos optime nostis, ingredietur religionem S. Basilii in monasterio SS. Trinitatis, invitamini omnes pro illa solennitate. Verba haec inopinata ita percuterant Josephum, ut fere deliquium pateretur. Accurrit recta ad patrem rectorem Societatis, in forma solenni conqueritur de injuria sibi facta a concionatore, se nil minus cogitasse, sed velle Societatem omnino ingredi cum dispensatione pontificia. Rector advocat concionatorem, acriter reprehendit, quod non collatis cum Josepho signis, tubam cecinerit. Res haec nova et inaudita, concionator juramento se velle confirmare palam testatur, quod nihil tale se dixisse sciat, et si dixerit, jubente Deo id factum, illo autem ad nihil, neque ante concionem, neque in concione scienter aut volenter concurrente. Non contentatur hoc responso Josephus, adit episcopum Vilnensem, Benedictus Woyna tum fuerat, causam suam, ut ab ordinario vicario poscit, et vel maxime quod putaret in majus suum ludibrium illam a concionatore ignorantiam praetendi. Divino rem cognoscens instinctu episcopus: Domine Joannes, inquit, etiamsi tu non cogitaris, nec fortassis pater concionator cogitarit, Dominus Deus hoc te facere vult omnino, ac proinde ne amplius resistas Spiritui Sancto, sed omnino religionem illam ingrediari. Et in instanti se ipsum offert ultro episcopus ad solennitatem illam et praesentia sua, et sumptu peragendam. Hic jam amplius Josephus rem cum amicis communicat, prae dolore alterationem sanitatis notabilem passus. Tandem resumptis viribus et per P. P. Societatis animatus vestes sibi religiosas parari jussit, is enim mos tum temporis fuerat, ut ne quidem vestes daret superior religiosis, sed ipsi debebant sibi in saeculo procurare et suis vestibus in ingressu vestiri. Tantus tum fuerat inter Ruthenos zelus animarum. Paratis vestibus die domino anno 1607 mensis septembbris secundum vetus die 6, quo die secundum ritum Graecum festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli solenniter celebratur, in maxima magnatum et populi frequentia, a duobus canonicis Vilnensibus ductus in ecclesiam S. Trinitatis e manu Samuelis⁸ archimandritae habitum religiosum suscepit, et Joannis nomine cum saeculo abrenunciato Josephus nuncupatur. Habitum vero suscepit Josephus in comitatu quatuor aliorum. Ac tandem intra [k. 107] tres menses fecit, hoc est 1 ianuarii 1608, professionem emissus in manu eiusdem archimandritae in praesentia eorundem magnatum et aliorum, qui illa fama exciti ad hunc actum convenerant, hic denique anxia illa mens animusque Josephi per mare, per terras quietem quaerens et non inveniens conqueivit. Sed hic notanda est prima Josephi afflictio et visio quasi prodroma futurum. Professionem facturus Josephus pridie convenit archimandritam suum Samuelem cum eodem spirituale instituit colloquium, in quo inter caetera, de tribus facta mentione votis, haec addidit: Velim, inquam, sciat R[everenda] P[aternitas] V[estra] me velle jurare votum castitatis absolute, at vero in votum obedientiae et paupertatis non nisi sub conditione. Ita nimirum ut si R. P. V. unum idemque cogitat cum Rmo Hypatio, metropolita nostro et patre Fabricio S. J., qui me ad hanc induxit religionem, jurabo advitaliciam tibi reddendam obedientiam, alias non. Itemque si congregati recenter monachi, aliique congregandi in commu-

⁸ Samuel Sieńczyło.

nitate, quam nunc instituimus, vivemus, et vivent, bona mea patrimonialia Ruta dicta huic monasterio inscribam, alias non. Pupugit haec Josephi realis resolutio Samuelem, atque ideo occultum jam tum concepit erga eundem odium. Diversis proinde modis ac meritis (licet in crastinum Josephum ad professionem admiserit) Hypatium pertentavit ad reddendum eidem infestissimum. Et reddit, sed non nisi infestus Josepho fuerat Hypatius, praeterquam tribus mensibus, quibus elapsis Samuelis dolus cognitus, haec catholicorum sacerdotum ira

C a p u t XVII

Hypatius metropolita Josephum ordinat in diaconum et sacerdotem

Visis et penitus consideratis tanti fervoris, initiosis Hypatius metropolita Josephum reluctantem licet, et se ad ordinem minus idoneum adhuc ex humilitate dicentem in diaconum primum, postmodum in sacerdotem ordinavit post..... modico tempore interlapso. Qui hoc sacramento insignitus vere servum Dei et altaris exhibuit. Hinc frequentius sacrum cum summa praeparatione celebrabat, et non nisi humillima praemissa confessione qua frequentiori Panis Angelici [k. 107 v.] refectione, summum spiritualium affectum simul et gustum augmentavit. Quin etiam suos iuvenes novos religiosos ad frequentiorem communionem verbo et exemplo induxit, ut rarus esset, qui non bis in hebdomada hoc catholicae peregrinationis viatico se reficeret, nullus autem, qui non quibuslibet diebus dominicis et festivis. Quod illa tempestate fuit omnino novum tantoque in oculis omnium magis charum, quo magis rarum. Res enim pessimi exempli tum fuerat in ritu Graeco, ut spirituales quoque, etsi qui fuerant religiosi, non nisi aliquoties tantum in anno, et ad summum quatuor vicibus secundum quatuor quadragesimas, communicarent. Ita famelicam quoad spiritualia mentem explebant, pastores illius aevi Spiritus omnino ignari. Sed eodem quoque Josepho auctore duce et magistro saeculares quoque recentes catholici ad sacramentorum frequentationem inducebantur.

C a p u t XVIII

Monasterium Sanctissimae Trinitatis aedificat Josephus

Inter alia, quae Josephum ab ingressu in hanc religionem deterrebant, illa erant duo inter praecipua. Domus inordinata, ita ut monasterium dici non posset, et defectus religiosorum, cum quibus monasterice viveret. Ad utrumque igitur serium applicuit animum tanquam si sibi unico utraque haec provincia impenderet. Invenit itaque domum eo magis inordinatam, quo locus angustior esset. Area enim monasterii civibus ad habitandum et domos saeculares exstruendas concessa fuerat propter lucri cupidos archimandritas, qui sibi dumtaxat duas cum refectorio cellas cum hortulo perexiguo reservarunt. Reliquum vero quod supererat aedificium conducebatur civibus pro mercibus illorum deponendis. Ac proinde Josephum oportuit in uno eodemque loco et studere, et prandere, et dormire, et hospites ultro visitatum consolatumve venientes excipere cum extrema illius distractione. Quare omnes patrimonii sui reditus ad reparandas illas antiquissimi monasterii ruinas mendicare et pro tam pio opere non erubuit; quin facile eleemosynam conquirebat, propter magnam cum maximis viris notitiam, tam sanctae operae [k. 108] faventissimis, et auctoritatem apud omnes; praecipuis autem sumptibus rem tantam peragebat praefatorum illorum senatorum, episcopi et palatini Vilnensis. Sed in universum tam felix fuit, ut ab illo dumtaxat nil acciperet, a quo non peteret. In uno itaque anno, materiam..... artifices con-

duxit, et statim eodem anno aliquot cellas exaedificavit, tum pro se, tum pro illis, qui secum ingressi fuerant, numerum autem decem, omnes quicunque dumtaxat iuvenes excepto archimandrita inveniebantur, non excedebat. Inter quos fuit ille Josaphat, de quo supra, servus Dei et martyr, postmodum dum archiepiscopum Polocensem ageret, de quo alibi et saepius infra. Quibus loculi angustiis inclusus Deo solo vacare coepit secundum instructionem PP. Societatis, qui saepius illum adibant et vicissim Josephus illos. Interea vero reliquam domum pro rei exigentia et eleemosynae cursu prosequebatur, ita tamen ut in dies domus ampliaretur, et jam ipsum ordinis initium alios ad se alicere videretur.

C a p u t XIX

Iuvenes colligit pro religione

Domum jam capaciorem nactus et videns messem multam, operarios autem plane nullos, inito cum PP. Societatis consilio cum studiosis contraxit familiaritatem, ad suam religionem invitat, sed et optimi patres in eundem concurrentes affectum, ipsi studiosos ad eandem Russiae opem ferendam ferventius exhortantur, ita ut brevi tempore insignis nobilium iuvenum manus concurreret et habitum monasticum susciperet. Hic jam Josephus, a Deo ipso brevi tempore edoctus, magistrum novitiorum agere coepit, lectiones pro captu singulorum praelegere idque tam Latino idiomate, quam Sclavonico. Res enim mōram pati non videbatur, sed Domino Deo reliqua commendans, simul et semel et spiritualibus et humanioribus litteris duxit imbuendos novitios, ad opus quam primum eosdem maturingando. Sciens autem longum iter esse per praecpta, breve per exempla, exemplo optimo domesticis praelucebat. Quotidie cum illis in choro, meditatione, refectorio frugalissimo et recreatione religiosa, examine conscientiae praesens. Ultra perpetuam a carnis abstinentiam, jejuniorum [k. 108 v.] observantissimus, potus cibique parcissimus, disciplinis fere quotidianis deditus, cilicio semper indutus, cingulis ferreis frequens praecinctus, humili pro sommo stratus, in longam noctem orationi vacans, lectionis Patrum plane mancipium, ita ut illis aliquot annis insignem rerum spiritualium peritiam acquisierit, ac spiritualissimos quosque exaequarit. Vitae etiam religiosae cultor eximus, ut perfecti religiosi specimen ab omnibus venerabatur. Quo factum, ut homines frequentiores ad ecclesiam S. Trinitatis convenient, sacris adessent, conciones audirent. Hoc ad calcem capitis addi potest, quod licet archimandrita non esset Josephus, tamen a monachis non alio censebatur nomine, quam pater noster, quasi per antonomasiā non aliud illi pro cura paterna, quam patris nomen deberetur.

C a p u t XX

Samuel archimandrita occulte unitos religiosos iuvenes vias suas ire jubet

Archipresbyter Vilnensis⁹ circa annum 1608 cum omnibus presbyteris ecclesiarum Vilnensium ritus Graeci et cum illis Samuel archimandrita praedictus moliti defectionem a metropolita Hypatio ad schismaticos, Josepho dolose persuaserunt, ut discederet Vilna ad locum quendam, viginti leucis distantem, in eum finem, ut Josaphat abstraherent a Josepho. Licet enim tunc Josaphat adhuc diaconi officium exerceret, tamen, quia ab omnibus pro magno servo Dei reputabatur,

⁹ Zaszkowski.

propterea singulare in hoc studium posuerunt schismatici, ut eum ad suas pertrahent partes. Et cum Josaphat obiiceret illis, Josephum iturum contra et impediturum conatus ipsorum. Modo tu, Josaphat, sis nobiscum, responderunt, habemus modos Josephum Vilna expediendi. Cumque hanc a Josepho separationem instantius urgeret Samuel archimandrita, Josaphat acerrime impetu contradixit, eamque ob causam ictum colaphi gravissimum ab eodem accepit. Interim discedit Samuel ad praedium monasterii Koczyc dictum, tribus dumtaxat leucis Vilna distans, Josaphat autem commendat, ut religiosos juniores, quorum Josephus manuductor fuerat, expediret ad illum locum, ubi ille tunc versaretur. Josaphat in angustiis tunc demum constitutum se esse animadvertisit. Ab una enim parte verus obedientiae filius iussa superioris sui exequi obligatum se [k. 109] esse putabat, ab alia schismaticos occupaturos monasterium et se in multas difficultates coniiciendum suspicabatur. Inops ergo consilii Josaphat convenit patres Societatis Jesu sibi familiarissimos, statum rerum monasterii exponit sui et consilium, quid in hac parte agendum esset, requirit. Decernunt patres eodem die expediendum tabellarium ad Josephum, suas litteras scribunt et Josaphat scribere jubent, non nominando in particulari quid esset, sed generaliter esse instante discrimine res monasterii, ut nisi quam primum accurreret Josephus, actum futurum de illis. Qui his acceptis litteris, nulla interposita mora, retrogradum ingressus est iter. Et licet eadem die jam existentem in via febris eundem invasisset et amicus, ad quem diverterat, redditum suasisisset, perrexit tamen ipso Deo instigante. Quando in conspectum Vilnae venit tertium jam habens febris illius paroxismum, „Te Deum laudamus“ dum recitat, febri liberatur. Atque ita debilis licet sanus, tamen monasterium ingreditur, cui Josaphat ordine recenset omnia, quae in absentia inter illum et archimandritam versabantur. Eadem ipse die redit e praedio archimandrita, nihil sciens de adventu Josephi, invehitur in Josaphat, quod prout illi ordinatum fuerat, religiosos iuvenes Vilna non expediret ad Josephum. Subjecit Josaphat etiam patrem Josephum rediisse. Quia inaudita territus acceleratione Samuel supersedit Josaphat molestando, et Josaphat cum archimandrita tam suspecto conversando caute in eodem, sed Josepho omnes unitim monachi iuvenes strictissime adhaeserunt. De communi autem consilio citat Josephus archipresbyterum et Samuelem archimandritam ad Hypatium metropolitam leucis 70 Vilna distantem. Jure victus est de illa occulta monasterii, monachorum unitorum proditione, non tamen honore privatus Samuel, nihil quippe unde manifeste convinci posset hucusque schismaticis emulgatum. Quia tamen erant sufficienes futurae proditionis suspiciones, Hipatius Josephum creat in suum generalem vicarium eo tunc, ut tam archimadritae, quam archipresbyteri, caeterorum sacerdotum Vilnensem ritus sui fidelitati invigilaret.

Caput XXI

Insignis constantia monachorum juniorum in s[ancta] unione

Tandem cum jam virus schismatis alte radicaretur in [k. 109 v.] corde Samuelis, schismaticum se esse professus est, hunc in modum. Antiquissimus Ecclesiae Graecae usus obtinuit, ut sacrosancto missae sacrificio in offertorio et post consecrationem Corporis et Sanguinis Dominici clara et elata voce celebrans faciat mentionem superioris sui legitimi hoc modo: „Orthodoxiam magni regis nostri N. et archiepiscopi, episcopi N. commemoret Dominus in regno suo coelesti. Imprimis memento Domine papae, patriarchae, archiepiscopi, episcopi N., quem

dones sanctis tuis ecclesiis in pace integrum, honorabilem, in longa incolumitate, orthodoxe profitentem verbum tuae veritatis". Samuel ergo cum esset in dioecesi metropolitana, per consequens semper debuit fecisse et faciebat mentionem Hypatii archiepiscopi. Accidit ergo, ut quadam die sabbati celebraret missae sacrificium et tempore illius commemorationis memento archiepiscopi omisit. Quid h̄c faciant iuvenes religiosi catholici? Forte fortuna tunc illi quidam e junioribus monachis recenter ab Hypatio metropolita in diaconos ordinati inserviebant, hi audita superioris sui defectione, sacro habitu deposito, non sunt progressi ultra concelebrando cum extremo Samuelis dedecore.

C a p u t XXII

Dolus schismaticorum in necem Josephi conspirantium

His aliisque de causis in furorem actus uterque archimandrita scilicet et archipresbyter, conjurationem faciunt cum schismatica suorum asseclarum congregazione contra Josephum eiusque socios religiosos. Atque ita quendam diem dominicum designant, quo omnes unitim schismatici templum SS. Trinitatis debebant convenire ad matutinum, ibidemque quando prodire debuerat Josephus et alli sacerdotes ac diaconi monachi sacris vestibus induiti in medium templum iuxta consuetudinem ecclesiae ritus Graeci cantatum doxologiam, debebat plebs violentas manus inferre Josepho, Josaphat aliisque religiosis, si illos defendere vellent et e medio tollere. Innotuit scelestus hic sacrilegorum animus quibusdam e magistratu Vilnensi catholicis per quendam famulum praetoris catholici, deferunt [k. 110] hoc ipsi ad collegas suos consules, isti ad officium castrense, nempe ad vicepalatinum, hic ad ipsum palatinum Vilnensem principem Nicolaum Radziwiłł, de quo infra. Palatinus tunc absens monet per litteras Josephum de schismaticorum machinationibus, et archimandritae ac presbytero praecepit, ne quidquam tentent contra monasterium SS. Trinitatis sub poena capitis. Denique scribit magistratus civitatis, ut videant, ne a plebe ipsis subjecta quidquam mali unitis subveniat. Ex tunc armatur civitas in plateis, circa monasterium positae excubiae, reliqua manus armata in area praetorii inclusa tenebatur, in praetorio autem totus magistratus civitatis per integrum illam sabbati noctem vigilabat, arx etiam suos satelites adornavit. Et post quam insonuit campana apud S. Trinitatis ecclesiam, post medianam noctem convocans ad matutinum, armatae cohortes venerunt tam e praetorio, quam ex arce, atque ita in illa die peracta sunt omnia pacifice. Quam autem Josephus jam tum paratus fuerat pro suis animam ponere, vel hinc constat, quia postquam hac in vitam suam conspiratione, praetorium adiit sua inscripsit monasterio paratum se mori protest ut mortem suam nullum jus, de nullo vindictam su

C a p u t XXIII

Generalis schismaticorum conspiratio contra unitos

Hac pessimae intentionis schisma delusum arte, coeli favore speciali sanctam unionem in radice ipsa protegente, per multos dies nocturna diurnaque consilia cum suis agitabat (ut tandem prodiret in apertum). Primum itaque juramentum in ecclesia quadam induiti sacerdotalibus pseudopresbyteri, conceptis verbis praestiterunt, deinde protestationes in diversis subselis fecerunt, quibus jam priori deposita larva, palam professi sunt se obedientiae metropolitae Hypatio

valedicere, eo quod se subieciisset Romano Pontifici. Denique omnes ecclesias Vilnenses Ruthenas et ipsam [k. 110 v.] cathedralem cum curia metropolitana eidem adjacente occuparunt. Ad omnes civitates et oppida in Magno Ducatu Lithuaniae miserunt suos, magna usi celeritate, et ad defectionem a metropolita perduxerunt.

C a p u t XXIV

Samuel exauctoratur, Josephus in archimandritam Vilnensem
creatur

Hoc apertae prodictioni percitum Samuelem et jam re ipsa a se legitimo pastore defecisse considerans, Hypatius et decreto suo et auctoritate pastorali eundem ex monasterio Vilnensi S. Trinitatis cedere iussit et simul de his omnibus, quae tum Vilnae agebantur S[acram] R[egiam] M[ajestatem] reddit certiore, supplicans, ut archimandriam conferret Josepho, per speciale suum S.R.M. privilegium, scriptum factum. Hoc accepto privilegio optimus pastor evocat ad se Josephum 70 leucis distantem et in archimandritam consecrat. Qui etiam cum in mora gravissimum esset periculum, recta Vilnam petens, monasterii adiit possessionem anno 1609 in principio cum extrema et schismaticorum confusione, et religiosorum unitorum consolatione, cum jam in patrem et pastorem illum nacti essent, qui non solum illos a propriae ubere substantiae lactaverat, verum etiam a mortali vitae vulnere pavisse paratus fuerat. E contra pseudoarchimandrita cum pseudoarchipresbytero Vilnensi huc illucque oppida et castella, jam litteris, jam personis oberrantes, eo rem perduxerunt, ut in comitiis Regni generalibus, quae eodem anno 1609 celerabantur, obtinuerint constitutionem unitis tunc absentibus, ut inter unitos Ruthenos disunitosque pax servetur, et quilibet possideat in posterum, quod nunc possidet. Atque si una pars alteram in hoc infestaverit, citata ad Tribunal compositi judicii decem millia florenorum solveret. Hic porro jam ultimam rabiem molitur Samuel, dolos et artes machinatur, quibus viam ad monasterium S. Trinitatis sibi legitime praecclusam perfas et nefas aperiret. Triplici itaque usus cuniculo, illud pessimum propositum animi ad effectum deducere attentavit. [k. 111]. In primis itaque praedictae ininxus constitutioni, pseudoarchimandrita insperate per suos sequaces primam monasterii occupat portam, Josepho tunc cum suis ad mensam in refectorio sedente et frugali prandio hospites excipiente N. Bujvid. Nobilis ille fuerat cum regiis qui de mandato regio monasterium S. Trinitatis Josepho tanquam archimandritae privilegiato juridice secundum antiquam per abusum introductam consuetudinem traderent. Nunciatur Josepho hostes venisse, portam monasterii et cellas contiguas occupasse. Egreditur cum opportunis hosp tantam perstringit audaciam, brachio adjutus regio, hostes exced potentia fretus Divina expellit, portam claudit, laetum solitum „Te Deum laudamus“. Hac ipsa die paralysi tactus fuerat Josephus dol praevalente supra tantae schismaticorum audacie perversitatem, qua quidem affectione illa superior per continuos, quibus supervixit viginti et aliquot conf sine express raculo de qua Hac spe delusus Samuel aliud init occupandi monasterii consilium, mille hominum stipatus agmine, recta processit ad occupandum monasterium S. Trinitatis. Erat dies illa 9. martii secundum vetus anno 1669, quo die Ecclesia celebrat festum Quadraginta Martyrum. Josephus cum suis in choro ecclesiae sacris vacabat, cumque jam esset finitus totius officii cursus, ex ecclesia redit ad monasterium contiguum. Et ecce in coemeterio millenam

reperit manum. Comitatus vero fuerat cum aliis Josephum Josaphat, fidelissimus comes. Advertentes pastores lupos venientes verbis dumtaxat aliquos eosdem compellarunt, ita demum percosserunt, ut tanquam exercitu persequeente turpisime aufugerint omnes usque ad unum. Josephus occlusa coemeterii porta cum suis laetum cecinit „Te Deum laudamus“. Atque ab illo die usque ad hodiernum praedictum SS. 40 Martyrum festum gratissima recolit memoria monasterium S. Trinitatis et omnes monachi eiusdem congregationis. His secundis arietibus a muro domus Dei depulsis, jam [k. 111 v.] tertio cassas virus ultimum exerit vires. Citat Josephum Samuel et Hypatium de erectione monasterii Sanctissimae Trinitatis. Archipresbyter etiam citat de praepeditione in libero exercitio ad constitutionis comitialis, de qua supra. Hypatius quoque et Josephus eosdem adcitant tam de erectione ecclesiarum metropolitae subjectarum, quam de praepeditione in possessione archimandritae Josepho per privilegium S.R.M. collatae cum hac tamen juris formae differentia. Quia schismatici citarunt Hypatium et Josephum extra forum competens, nempe ad tribunal Regni saeculare, cuius iudicio personae spirituales non poterant subjacere, Hypatius vero et Josephus citarunt antigenistas ad tribunal judicii ut dicitur compositi tam ex saecularibus quam spiritualibus, in termino ergo tribunal saeculare, quod per summam schismaticorum factionem, maxima ex parte haeretici et schismatici tunc constituebant, adjudicavit schismaticis ecclesias et archimandriam Samueli, Hypatium vero jure et titulo metropolitae spoliarunt. Tribunal vero compositi judicii propter paritatem votorum pro more patriae latam causae decisionem remisit a se. Interim Deo sic disponente venit Vilnam Serenissimus Rex iturus in Moschoviam ad recuperandum Smolenscum, cuius adventu res unitorum meliori loco esse coeperrunt. Samuel enim obtenta hac judicii saecularis sententia juridice ut sibi videbatur ad occupandum monasterium procedit, toto vulgi schismatici effuso agmine. Serenissimus hunc disordinem audiens, aulicos suos et satellites ad defendendum monasterium mittit totaliterque impedit, judicat etiam causam hanc gravissimam ad se remissam. Decretum tribunalis saecularis annihilat, sententiam vero judicum spiritualium in toto approbat, ecclesias omnes Hypatio subjicit, archimandriam Josepho adjudicat, decem millia pro praepeditione secundum constitutionem praedictam solvere jubet, regiam suam cohortem Hypatio addit, ecclesias potentia sua regali schismaticis eripit, legitimo pastori restituit, pseudopresbyteros pene civitate pellit, et silentium omnino indicit, atque jus supra omnem clerum ritus Rutheni plenum ac [k. 112] plenarium Hypatio confert. Tum demum unio sacrosancta caput extulit coelo gratum, „Te Deum laudamus“ tota civitate in ecclesiis decantatum.

C a p u t XXV

Hypatio metropolitae digitos manus sinistrae amputat schismaticus in medio foro Vilnensi

Haec Serenissimi Sigismundi III in favorem unitorum sententia eo rabiem perduxit schismaticorum, ut jam in caput Hypatii metropolitae aperte conjurarent. Initio ergo consilio quendam suae molitionis instruunt executorem (e militia pedestri cuiusdam senatoris tunc absentis ille fuerat) et propositis mille in terra et in coelis praemiis, juramenti obligant sacramento, ut qua posset arte interimere Hypatium, interimeret, ad radicem scilicet unionis securim apposituri. Atque instructum dimittunt jam animo parricidam, qui observans vias et vicula,

per quae mos fuerat Hypatio transeundi, certam in hanc tanti sceleris executio-
nem diem destinavit. Mense ergo augusto, die 12, anno 1609 sicarius ille in medio
foro Vilnensi metropolitam, virum septuagenarium, stipatum tam ecclesiasticis,
quam saecularibus familiaribus suis satis multis, inter quos etiam fuit Josephus
archimandrita, a fronte adoritur, gladium, quem in hunc finem nudum sub veste
occultabat, in collum vibrat tanto impetu, ut uno ictu digitos ferme tres manus
dextræ, quam huic impetui senex cum baculo, cui innitebatur, obiecerat, ampu-
tarit, annulum et saphyrum annuli lapidem et catenam auream duplicatam satis
crassam, e qua crux archiepiscopalis collo dependebat, vestes etiam et interulam
secuit, signo tam rubeo in corpore relicto sine ulla colli laesione. Quo ictu accepto
bonus pastor in terram corruit, cui Josephus superincubuit, morte sua ut filius
vitam patris redempturus. Invasor interim ille sacrilegus a familia metropolitana
jam vulneratus capitur et carceribus praetorii mancipatur et in crastinum ultimo
suppicio affectus. [k. 112 v.] Hypatius sanguinolentus in domum propinquorem
cuiusdam principalis senatoris receptus et ab omnibus, qui tum Vilnae aderant
senatoribus visitatus, imo etiam per nuntios a Serenissimo conventus. At Josephus
archimandrita digitos illos amputatos arripiens in monasterium suum occurrit.
„Te Deum laudamus“ laetus canit, eo quod sanguine boni pastoris semen Dominicici
gregis in amplam posteritatem propheticō velut spiritu crescere providebat. Di-
cebat subinde Josephus jam metropolita, quod illo tempore omnes eius essent
opinionis, quod illa sanguinis effusione omnes omnino Ruthenae unionis tum
plane resurgentis difficultates fore auferendas, cum tamen Dominus Deus talem
voluntarii palmam martyrii Josepho reservasset, quam ne quidem ambire pote-
rat Hypatius, ut infra in suis locis intento veluti digito demonstrabimus.

C a p u t XXVI

Josephus archimandrita religiosos suos in diversis Regni Poloniae
locis, emendicatis stipendiis, studiis applicat

Rebus unionis in tutiori statu jam collocatis ad iuvenes religiosos studiis
informandos totum adjecit animum verus abbas Josephus. Sed cum videret domi
suae nullum esse, qui illos institueret, se vero propter ecclesiae negotia nullo
modo tam laborioso operi vacare posse, ad novum configuit medium. Iter ergo
instituit in Polonię, ubi zelantissimorum illo tempore catholicorum opem sibi
certo pollicebatur, nec eum huius suae fiduciae fefellit opinio. Calissii enim et
Pultoviae insignem expertus est tum illorum episcoporum, tum optimorum
catholicorum, tum ipsorum patrum Societ[atis] Jesu, qui tantum in Josepho ze-
lum admirati, vel in seminariis episcopalibus locum providerunt, vel unum e
s[ancta] sua religione patrem destinarunt, qui stipem pro religiosis illis collige-
bat, ipsi hospitium conducebant, vestes procurabant, victum subministrabant.
Memoria illorum in benedictione. Idem etiam in Lithuania fecit Reli
sis Nesvisi. Atque ita [k. 113] pluribus annis hoc modo in illis locis iuvenes
educabantur, donec philosophiae cursu absoluto domum reverterentur. Et in
optimos in vinea Domini evaderent alibi theologia expedita.

Caput XXVII

Josephus suos religiosos in diversa loca mittit ad monasteria erigenda

Cum jam in insignem crevissent numerum sui monachi, non est passus Josephus lucernam hanc novam uno tantum Vilnensis monasterii modio continentam, in allis quoque locis semen sanctae unionis per religiososmittendum decrevit. Erat illi talium et suasor et conauctor cogitationum Josaphat archiepiscopus et martyr Polocensis. Hunc itaque mittit in districtum Słonimensem ad virum catholicum zelantissimum Ruthenum bonae memoriae illum Gregorium Tryznam, patrem maximorum in Lithuania virorum, dum haec scribimus illmi supremi M[agni] D[ucatus] L[i]thuaniae thesaurarii, supremi referendarii, coadiutoris episcopatus Vilnensis, capitanei Brestensis et Starodubensis. Ad hunc inquam destinat Josephus Josaphatum, ut optimam illius dirigeret mentem. Aedificaverat ille in suis bonis Bythenium dictis monasterium monialum, eo quod filia sua (quae dum haec scribimus abbatissa est Pinsensis multarum virginum optima mater) religiosam vellet agere vitam. Dotis ergo respectu monasterium exstruxit et ditavit. Josephus cum Josaphat hanc piam intentionem alio avocarunt, et sanctimoniale illam Vilnam abduci curarunt et in monasterio sanctimonialium nostro collocari. Monasterium vero Bythenense monachis tradi, prout et traditum est, et ab illo tempore in hodiernam diem novitiatus inibi est unitorum religiosorum. Hac in re suo munere optime functus Josaphat, ad aliud jam gravius mentem applicuit opus. Praedicto domino haeredi Bythenensi erat summa necessitudo cum vicino suo senatore M.D.L. nomine Joannes Meleszko, castellano Smolensensi, viro nobili et opulento sed schismatico. Hic saepius conversatus cum Josaphat primo quidem morum captus probitate, deinde doctrina convictus sanctae unioni manum [k. 113 v.] dedit. Josaphat confessus est, SS. Sacramento ex manibus eiusdem refectus, eoque zeli processit, ut illum induceret ad aliud jam monasterium erendum in bonis suis Zyrovicensibus, tribus leucis Bythenio distantibus ad ecclesiam quandam desolatam quidem illam, sed miraculis antiquitus notam, ubi nunc et monasterium unitorum cum insigni sua ecclesia situm est et miraculis longe celeberrimus locus est. Hic ergo jam alium fixit pedem Josaphat cum insigni gusto Josephi, qui intra aliquot annos in talem numerum suos filios crevisse gaudebat, ille dumtaxat uni intentus, ut in dies iuvenes s. religioni apponerentur, prout etiam apponebantur collaboratore Josaphato, qui rebus optime compositis Bytheniensibus et Zyrovicensibus et superioribus aliis praepositis rursus reversus est Vilnam. Sed et alia occasione Josephus misit suos Novogrodecum et Minscum religiosos, qui monasteria quae nunc habent uniti insignia quoque iecerunt fundamenta cum maximo animarum illius oppidi lucro.

Caput XXVIII

Josephus miraculose sustentat suos religiosos

Multiplicatis in suo monasterio personis, Josephus cum suo patrimonio par non fuit sustentando, mendicare ergo illum oportuit pro suorum victu et vestitu, quin imo fabrica quoque monasterii, quae minus capax jam fuerat tantae multitudinis, sed quoniam Dominus Deus suos servos tanquam aurum in igne probat defectibus corporalibus, Josephum etiam cum suis saepius magnum pati permisit rerum temporalium defectum, ita tamen ut de rigore religioso ne quid-

quam remitteretur. Cumque jam domi nihil haberetur, subinde accidebat, quod personae ignotae venirent ad illum et insigni eleemosyna data disperarent. Nec illud infreueenter, quia currus pleni victualium mittebantur, sed mittentis nomen non revelatum. Ita sciicet cum deficere videbatur causa secunda, vigilabat causa prima, multiplicans annonam propter servos suos Josephum et Josaphat.

C a p u t XXIX

Novo modo liberat a tentatione religiosos Josephus

[k. 114] Inter caeteras divinitus illi collatas dotes donum consilii Spiritus S. abundantissime eidem infuderat. Hinc nullus e suis religiosis non consolatus et animatus ab illo recedebat, sed illud novi spiritualis remedii contra tentationem argumentum. Quidam e suis venerat ad reddenda conscientiae rationem pro more religioso, sed dicebat se vehementer pati in casu certo tentationem. Josephus dabat illi diversa spiritualia consilia, sed cum se nil videret proficere, denudat se usque ad umbilicum et tum tentato virgas dat et sub obedientia jubet tam diu se caedi, quam diu tentatio illa duraret. Dictum factum. Sanguis uberrime fusus usque dum dolor sui corporis in se esset medicina doloris animi in alio. Quamquam ordinarium fuit Josepho usque et ad senectam, ut vel duobus fratribus vel cubiculariis suis, vel uni illorum virgis corpus suum caedendum usque ad sanguinem abiiceret. Hinc multi ex familia sua hoc vel unico exemplo inducti religionem ingredierentur. Aliquando vero in memoriam Christi Jesu ad stipem flagellati se quoque faciebat ad columnam vel arborem aliquam alligari et sic usque ad uberem sanguinis effusionem virgis caedi.

C a p u t XXX

Donum prophetiae in Josepho

Ita praedictionis et prophetiae dono instructus videbatur Josephus, ut vel timendum vel sperandum omnino fuit, in quo ille vel praecaveret vel moneret suos. Accidit forte fortuna, ut anno 1610 veniret Nesvisium visitatum suos religiosos, qui cura illius ibidem studebant, et cum in ecclesiae PP. Soc[ietatis] Jesu choro fletcheret et sacrum ad maius altare celebratum audiret, puer quidam nobilis fere duodennis sacro ministrabat; interrogat patres, quod esset puer nomen; dictum illi; ille vero statim dixit, iste puer ingredietur meam religionem. Patribus mirantibus, quia ex haeresi puer ille calviniana ad fidem catholicam in ritu Romano recenter conversus, nil minus quam religionem et vel maxime Ruthenam cogitabat. Tandem anno 1620 idem ingressus est religionem, in qua et modo vivit. Cui etiam post ingressum in religionem et professionem idem Josephus dixit, se tum temporis et [k. 114 v.] dixisse et spiritu viduisse, illum suam ingressurum religionem, et propterea particulari illum affectu prosequebatur semper tanquam filium spiritualem divinitus sibi promissum. Quadam vice mensae assidens in praesentia unius e suis religiosis et tribus e sua familia habita certa occasione dixit, hoc anno unus ex nobis quinque morietur. Ita accidit ut praedixit, unus enim ex illis tribus familiaribus intra medium annum mortuus est. Anno 1627 aegerrime valuit Josephus dum esset in Volhynia Chelmae, Vilnae sparserunt rumorem de morte Josephi. Tum Josephus: Scribas, inquit, Vilnam, ut non nisi post decem annos de morte mea quaerant. Ecce vates non vanus, anno enim 1637, februarii 5 mortuus. Anno 1636 ultimam religiosorum

celebra Vilnae, in ultima exhortatione dixit, se jam ingressurum congregationem religiosam, quia inquit mori Illud quoque hoc in passu suam habere potest considerationem. Ordinarium Josepho fuerat iuveni aequa et seni, ut palam diceret se extra domum et in itinere, quin imo bovis instar iugum trahendo se moriturum, neque ullum post mortem suam spolium aut iniuriosam supellectilis direptionem futuram. Secutum est ut praedixerat factum. Plane est in media peregrinatione extra domum centum fere leucis (ut infra dicetur) mortuus. Totam supellectilem intactam familia eiusdem coadiutori suo legatam ad- vexit.

C a p u t XXXI

Hypatius Josephum consecrat in episcopum et pro coadiutore suo cum futura successione. Privilegium regium in personam eiusdem expedit

Talium donis talentorum motus Hypatius Josephum in episcopum Haliciensem consecrat, munibus spiritualibus per totam Lithuania in ipsum translatis, ipse vero in Volhynia, ubi episcopatum Vlodimirensem simul habuit, [k. 115] sic dispensante summo pontifice Clemente VIII manendum sibi in senectute duxit. Atque pro maiore Josephi auctoritate et in officio securitate apud serenissimum Sigismundum III privilegium coadiutorale expedivit illmo Benedicto Woyna episcopo Vilnensi, de quo supra, in id omni conatu incumbente, ut tota metropoleos provincia Josepho demandaratur. Tanto munere sibi delato Josephus totus archidioecesos amplissimae se dedit visitationi, synodum quotannis metropolitanae celebrando, sacerdotes consecrando, fidei catholicae imbutos sacramentis, schismaticos parochiis expellendo, oppida et villas oberrando, ecclesias dedicando, magnates et nobiles Ruthenos conveniendo, hos confortando, illos a schismate revocando, ita ut schismatici publice excommunicationis fulmine ferirent suos, qui cum Josepho et Josaphat suo Achate conversarentur, eo quod is demum sanctae unioni manus non dedisset, qui cum illis unquam conversatus fuisset.

C a p u t XXXII

Zelus Josephi episcopi in lucrandis animabus

Et licet omnibus commissae sibi provinciae ovibus invigilaret Josephus, Vilnensisbus tamen incolis S. Ecclesiae apponendis maximum adjecit studium. Hinc illi cum quibusdam Marte aperio dimicandum fuerat disceptando, cum quibusdam arte utendum mille officiorum generibus demerendo, cum quibusdam patris in morem procedendum sustentando, cum quibusdam denique patroni modo agendo, causas in judicio promovendo. Quibus omnibus modis et mediis magnam incolarum partem in Ecclesiam nostram pertraxit. Accidit vero quodam tempore, ut quidam schismaticorum primarius illum conveniret, cum quo jam illi alias summatis intercesserat disputando et quaerente eodem, utrumne vellet juramento firmare, se certissimam salutem consecuturum in fide S[anctae] R[omanæ] E[cclesiae]. Quid hic Josephus? Arrepto obvio libro S. Evangelii in genua procumbit, jurat, nullum [k. 115 v.] posse salvari extra unionem, unitum nullum posse damnari supposita vita christiano tamen digna. Quo heroico pastoris actu ex tunc convertit schismaticum virum, dum haec scribimus, catholicissimum et aliquot ecclesiarum fundatorem. Eo plane tempore Meletius Smotriscius, schismatis virus libros edendo radicabat Vilnae, qui postmodum ad sanctam unionem

conversus archiepiscopus Hieropolitanus nuncupatus est. Cum illo Josephus jam publicis disceptationibus, jam privatis colloquiis, jam libris in lucem pro sancta fide catholica editis summa intercesserat negotiatione. Josephus itaque sub titulo alterius libro in defensionem sanctae unionis edito, ita confudit Meletium, ut nunquam posset respondere argumentis Josephi, donec tandem eidem confiteretur et sanctissime obiret Dermani in Volhynia anno 1635. Sed en pastoralis vigilantiae zelus: Insignis civium et mercatorum Vilnensium Antonius Kuliaha nomine, neophytus unitus in agone plane apostata Schisma reversus, jam jam schismaticis et bona inscribit. Aud jurat se non comedetur nisi ille convertatur et vivat cellae disciplinis vacat tota fere nocte in ciastinum vocantur uniti Sed illa notau et aeterna digna memoria Josephi disputatio anno circiter 1610 cum Leontio Karpowicz, pseudoarchimandrita Vilnensi SS. qua aliquot diebus sumpti, quia illa peracta ita confudit, ut principales schismaticos converterit, qui vel sanctissime mortui, vel unitissimi vivunt.

C a p u t XXXIII

Josephus episcopus regulas S. Basilii in compendium redigit et aliquas constitutiones pro religiosis a se educatis ordinat

Sciens Josephus bonum patrem familias decere non [k. 116] modo, ut commodam curet domum, in qua ipse habitet, sed quae etiam posteris relinquat. Novum sibi opus et quidem satis laboriosum assumpsit. Adverterat ille ex ipsa experientia, ex continua SS. Patrum lectione didicerat regulas S. Patris Basilii, sui ordinis monachis servientes, non modo regulis eiusdem fusius breviusve disputatis contineri, sed in diversis quoque sermonibus spargi, in unum volumen summo labore et gratissima methodo redigit, ut omnia quaecunque sparsim in sancto Patre reperirentur de obedientia, paupertate et castitate, itemque de vita communii, officio abbatis, prioris, oeconomi, sacerdotis etc. omnia suis distinctis capitibus ordinaret et insuper alias constitutiones bonum monasticae vitae ordinem concernentes adderet, collatis signis cum praecipuarum religionum insignibus viris sui studii et zeli amantissimis. Quinimo speciales ex SS. Patribus collegit regulas vitaeque normam ipsi metropolitae, episcopis, abbatibus deservientem praescripsit. Apis scilicet in morem per diversa SS. Patrum prata circumvolitans mel colligebat et in alveare primo quidem pectoris et intimi affectus sui recondebat, deinde ad communem suorum utilitatem in favum voluminis referebat ad animos suorum et oblectandos et satiandos.

C a p u t XXXIV

Josephus paralysi tangitur sciatica et calculo; mira eiusdem in his omnibus patientia

His dum toto studio indefessa tanti viri invigilat industria, voluit Dominus tanquam alteram Job eiusdem probare constantiam. Ultra illam domesticam occupationem frigoris perpes propter paupertatem ciborum vilissimorum usum, continuis viarum distrahebatur discommoditatibus, in negotiis sibi a suo coadiuto commissis, nullo habitu respectu imbrium et frigorium, [k. 116 v.] neque contra haec se obarmans pellibus pro more patriae. Hinc dum quadam vice discederet Varsaviam occasione comitiorum, in quibus lis erat inter unitos et schismaticos, hieme summa et frigore intensissimo renovata illa est paralisis in

parte sinistra, de qua tactus, sciatica in pede dextro et calculo; quae omnia satis illi fuerant ad lectum afficiendum. Nunquam tamen his tantis de causis decubuit, sed labore continuo illis eundum contra omnino sibi duxit, somni parcitate decertabat, inedia et jejuniis perpetuaque carnium abstinentia, potus exiguitate, ita ut usque ad senium inter prandium et coenam nec biberit nec dormierit unquam, etiam vel calor aestivus illud dissuaderet vel fatigatae continuae laboribus et doloribus vires huic voluntario martyrio obmurmurarent. Et quod caput est, his omnibus tanto conatu resistebat continuae aliquod supra viginti annis, ut miraculum videretur tanta vitae in tantis doloribus prolongatio, et cum dissuaderent sui illius amantissimi, ut labori parceret, domi se contineret, victus rationem mutaret, deridens suis dicebat: Ergone ita vos erga patrem gratos monsfratis, ut infelicem hanc in hoc mundo peregrinationem prolongari optatis. Vivam tantum, quantum me Deus pro bono Ecclesiae vivere ab aeterno constituit. De modo autem vivendi eodem juvante non mutabo. Domine Deus, tu scis, quia nolo vivere in hoc mundo; nolo, nolo. Tantam ex tanta necessitate fecit virtutem.

Caput XXXV

Hypatius moritur. Serenissimus Josephum declarat in metropolitam; eiusdem Vilnam ingressus

Interim Hypatius metropolita annis et senio confectus moritur Vlodimiriae anno 1613, iulii 18. Josephus cum jam suo parentasset ibidem coadiuto, Serenissimum convenit et ab eodem statim declaratus est metropolita. Qui secundum antiqua metropolitana privilegia Vilnae in Lithuania [k. 117] possessionem sui archiepiscopatus adiit anno 1614 in vigilia SS. Petri et Pauli secundum vetus, maximo catholicorum gaudio, qui toto affectu ad talem festivitatem concurrebant. Caput omnium fuit praefatus piae memoriae episcopus Vilnensis Benedictus Woyna, qui assistente suo r[everendissimo] suffraganeo nepote, qui nunc dum haec scribimus agit illum episcopum Vilnensem introduxit Josephum et usque ad cathedralē Beatissimae Virginis ecclesiam processionaliter deduxit, ita ut tum jam triumphare videretur unio sacrosancta in M.D.L. talem tantumque pastorem nacta, solum schisma cum suis asseclis gemebat eo, quod hoc capite capita sua conterenda jam tunc ominaretur. Et ne monasterium S. Trinitatis aliquod sui promotione pateretur incommodum, in archimandritam Vilnensem servum Dei Josaphat reliquit, dignum tali pastore vicarium, quem mundus non nosset, nisi mors martyrii postmodum subsecuta fuisset.

Integra folia et capita desiderantur¹⁰.

Unionis adjumento ac incremento pluribusque aliis affectum beneficiis dimisit eodem anno de insigni eidem providens viatico. Caeterum toto suae mansionis tempore Romae spatio trium mensium cellae suae inclusus plane morabatur vel in monasteriis vel in hospitio, et nonnisi devotionis causa aliquam invisit ecclesiam, vel negotiorum ergo aliquem convenit praelatum, ea quae oculos raperent, quibus Urbs illa vel maxime abundet, nunquam videre voluit, etiamsi aliqui praelati id Josepho persuaderent. Cum hominibus Deo unitissimis diversarum religionum dies integros exegit. A rndo patre generali Soc[ietatis] Jesu, qui tum fuit piae memoriae Claudius Aquaviva, obtinuit, ut duos ex sua societate patres

¹⁰ Tak jest w tekście rękopisu.

provinciae Lithuaniae viros gravissimos assignaret, qui suorum novitiorum, quos tanto studio colligerat in monasterio ad hoc specialiter deputato magistros spirituales agerent, prout et egerunt aliquot integris annis maximo bono sanctae unionis, donec tandem discipuli jam illorum adolevissent et in eodem munere digne successissent. [k. 117 v.]

C a p u t X L

Josephus Roma redit et monasterium Novogrodense confirmat

His aliquis Romae persolutis de re suae metropoleos, domum rediit eodem quo discesserat anno, ubi invenit lugubres domi suae threnos ob mortem matris suae, eoque magis sibi deplorandos, quoniam in eadem, in qua vixerat haeresi, decesserat. Licet non illius conversioni dictu vehementius Josephus insudasset, quia tamen inveterato dierum fuit annoso haeretica, quam impossibile fuit corrigerre a Domino iam rejecta, nil unquam piissimi illius conatus profecere pro eo, quo catholicum antistitem decuit zelo, neque exequiis illius adesse voluit, neque lugubri uti habitu aut familiam suam pro more patriae vestire. Porro autem, ut supra etiam insinuatum, rediit febris aliquot mensis quartana plus quam dici potest exhaustus incommodis, victus parcitate, et perpetua a carnis abstinencia, domi et foris, in loco et in itinere morbi vim adaugentibus. Convaluit tamen non tam naturae et artis remediis, quam solius Numinis ope, dum jam in patriae confinibus esset, atque ita sanus Dei gratia licet debilis primo quidem serenissimum accessit Sigismundum III Varsaviae tunc agentem, deinde Rutam paternam venit, atque ibi tantisper substitut. Ubi statim totum adjicit animum ad monasterium Novogrodense, cuius prius jecerat fundamenta, firmandum. Statim ergo illius commoditati areas fundi metropolitani inscripsit, atque magistris illorum alendis suae religionis totaliter monasterium Lauryszowiene, quod alias ad vitalitio possiderat iure, cessit.

C a p u t X L I

Primam generalem congregationem monachorum unitorum a se collectorum celebrat Josephus

Dum his aliquis indefessa virium desudat industria etiam per suos religiosos in pluribus locis sparsos insignem profectum [k. 118] sanctae unionis videt ab incepto fervore in reformatis suis religiosis non desistens. Primam generalem congregationem indictis litteris instituit et celebrat in Lithuania in bonis suae metropoliae Nowogrodowice dictis, quo solos superiores monasteriorum evocavit, accitis in societatem laboris duobus patribus e Soc[ietate] Jesu viris gravissimis, tanquam in rebus ad formandos religiosos spectantibus veteranis. Gaudebat pius pater jam e suis discipulis insignes magistros et vel maxime cum audiret quali

Plura desiderantur.¹¹

attentaret, tum novis constitutionibus praecavet, tum scriptis ad Sanctissimum litteris et libello edito obtinet decretum, ne illi e suis ad alia etsi religionis castra transire liceat, quo maximo suam vindicavit religionem periculo, dum

¹¹ Tak jest w tekście rękopisu.

illum pusillum gregem ita non timore docuit providus pastor, summa tamen lenitate in tanta suorum levitate praecessit et licet delinquentes activa et passiva voce in religione privasset, tamen postmodum ipse in hoc dispensans pro innata sibi comitate auctor fuit, ut iidem ad superioratus religionis promoverentur, prout et promoti sunt, non sine fructu unionis. Cum talis vexatio jam dederat intellectum, neque vero illud quoque minus cor Josephi ferriit, quia anno 1623 novembbris 12 schismatici Polocensem archiepiscopum Josaphat Vitepsci pro S[anctae] R[omanae] E[cclesiae] defensione interemerunt, licet enim in hac sui charissimi socii avulsione tam gloriosam mortem ut catholicus et theologus prae oculis semper haberet, tamen quia a nobili membro Ruthenae corpus ecclesiae viduatum considerabat, et quidem tempore tam duro, cum et domi, ut dictum, et foris suae non deessent calamitates unioni, cor totum in quotidianas lacrimas resolutum. Parentavit filio bonus pater, sed triumphavit socius, vel Josephus in Josaphat, vel Josaphat in socio Josepho, ita tamen, ut ad antiphonas in illius martyrialibus exequiis decantatas, si subinde illo audiente canerentur, in lacrimas usque ad deliquium fere raperetur. Substituit eidem in successorem virum omni laude, qua doctrinae, qua pietatis instructissimum Antonium Sielava, archimandritam [k. 118 v.] Vilnensem, Romanum theologum, quem jam destinarat in coadiutorem episcopatus Pinscensis. Hinc et alii eandem detulit coadiutoriam nempe Gregorio Michałowicz, archimandritae Minsensi, viro aequo docto. Et quoniam turbata erant tunc et mutata capita religionis, maxime turbari debuit inferior religionis ordo, qui vel maxime Josephum affligebat illis irrisiōnum discommodis, ita ut vulnus unum religionis vulneri defectum additum cor Josephi gladio doloris pertransiret. Denique illud quoque auxit hanc providi pastoris calamitatem, quia unus e tyronibus suis religiosis ab eodem in successorem suum destinatus et a serenissimo Sigismundo acceptatus atque a Sanctissimo approbatus nomine Adrianus Podbereski ad summa quaeque natus, Roma absolutis studiis rediens morbo physico consumptus, obiit in statu Caesareo Tyrolino anno 1625, quem usque ad mortem omni occasione data lacrimis prosequebatur supra tanti boni amissionē.

C a p u t X L I V

In locum solitarium secedit atque ibi integrum semestre exigit

In hoc pio opere non impigre cum jam decennio laborasset et pro ea, qua maxima excellebat humilitate, spiritum si non evaporasse, certe distractissimum redditum fuisse arbitratus, in solitudinem sibi secedendum duxit, et secessit circa annum 1635 atque integrum semestre sine ulla interruptione in eodem exigit loco omnibus aliis occupationibus valedicens. Elegit autem locum

Caetera desiderantur¹².

Vidit collector huius operis et alia methodo eandem Josephi vitam ab eodem conscriptam Raphaele, quae amplius non exstat. Memorabantur autem in ea quaedam heroica.

Scripsit etiam eiusdem vitam breviter R.P. Dominicus Ottolinus et hodierno S.D.N. Innocentio XI praesentavit, [k. 119] quam nondum ipse vidit collector, ubi aliqua insignia dicuntur addita.

Fit quoque non semel nobilis mentio quorundam factorum Josephi in vita

¹² Tak jest w tekście rękopisu.

beati martyris Josaphat itemque in vita Meletii Smotrycki, utraque a domino Jacobo Susza, episcopo Chelmensi, conscripta et altera Alexandro VII, altera cardinali Francisco Barberino inscripta. Illud perquam memorandum, quod in vita Meletii legitur, idemque notissimum est in patria nostra ac exstat in concione reverendi patris Alberti Kortyscii Societatis Jesu in funere Meletii dicta typisque mandata de brevi apostolico Urbani VIII absolvientis Smotricium a schismate et excommunicatione etc., quod breve post mortem jusserset inseri sibi in manum Meletius quodque rigida jam prorsus manu fortissime strinxerat et deinde ad imperium Josephi, qui post mortem ipsius advenerat, palam in conspectu multorum hominum etiam schismaticorum dimiserat atque deinde iterum receptum constrinxerat.

Circumferuntur ifidem nonnulla certa fama, quae hic tacet collector, quod non scribendi ejus vitam provinciam suscepit, sed repraesentandi ea, quae parata obviaque praemanibus habere potuit.

[II]

[k. 119v.] DISCURSUS JOSEPHI DE INSTAURANDO RITU GRAECO CUM ADHUC IN SAECULO AGERET TACITO NOMINE PROPRIO POLONICAE CONSCRIPTUS, ATQUE EX M[ANU]S[CRYPTO] EIUS AUTHOGRAPHO LATINE REDDITUS UT SEQUITUR.

DISCURSUS RUTHENI CUIUSDAM DE CORRIGENDO REGIMINE IN RITU GRAECO CONSCRIPTUS VILNAE ANNO 1605, IN JANUARIO

Quemadmodum disordo in rebus politicis civilibusque merito adscribitus moderatoribus eorum statuum, ita quoque in rebus ecclesiasticis adscribatur necesse est moderatoribus ecclesiasticis, illis enim dictum est (Actor. 20): „Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo“. Attendere sibi, ut ex ovibus lac lanamque percipiat, novit quisque; at attendere toti gregi, hic labor, hic opus est, dignum expendendo, an ei maiores pastores nostri respondeant? Officium pastoris est curare gregi bona pascua, eum a lupis tueri, si quid in eo infirmum est, sanare, si quid periit, quaerere inventumque ad reliquum gregem educere. Qui cunctis his non satisfacit, is bonus pastor non est. Ac proinde [k. 120] si pereant oves, eius culpa est, ac si sponte eas lupis ipsem et mactandas traderet. Nam quemadmodum si ovibus brutis pascua desint, necesse est, ut omnino aut fame pereant, aut coacta ipsa ea sibi quaerant, adeoque dispargantur per montes, valles, silvas, ac denique lupis aliisque feris rapacibus in praedam cedant, ita quoque, si ovibus ratione praeditis pascua deficiant, hoc est doctrina de Deo officiisque christianis, aut per ignorantiam eorum, quae scire debebant, pereunt, aut scire cupientes, ingerunt se in res ad se non pertinentes, assimulantes se ex ovibus pastores, ex discipulis doctores, adeoque in haereses ac schismata, aut minimum in processus inanesque opiniones prolabuntur: id, quod deploratis hisce temporibus inter nos Rutenos abunde spectavimus spectamusque adhuc, quomodo ad celerem interitum pergunt, remedium vero hactenus nullum vidimus, cum nullus eos curet. Minoris pendent ex maioribus, maiores nihil pensi habent, ac proinde omnes intereunt.

Inveniendo remedio primo causae morbi indagandae sunt. Duabus vero ex causis hoc malum nostrum provenit. Primo ex defectu doctrinae in maioribus nostris, deinde ex defectu perfectionis sanctitatisque vitae. Cum enim superiores ecclesiastici verbo factoque docere teneantur iuniores, qui ipse nescit, quomodo docebit alterum? Et quomodo aedificabit bono exemplo, qui sanctitate vitae ipse desiitutus est? Quare duplex quoque medela curando morbo nostro erit: doctrina et sanctitas vitae in maioribus. Donec haec duo reperiebantur in Ecclesia Graeca, ea floruit perque omnes regiones orientales, australes aquilonaresque late propagabatur, magno honore gloriaque in conspectu totius orbis a Deo exornata. Inde prodierunt septem sancta cecumenica concilia, inde scripta diversa Deo acceptissimorum doctorum, quae quidem concilia patresque illos sanctos Ecclesia quoque Romana habuit semper hodieque habet pro canone fidei. Ibi perfecta vita monastica initium ac incrementa sua accepit, unde postmodum genus hoc vivendi in totum orbem profluxit salutaribusque aquis omnes viventes in terra refecit. Imo nunc quoque si haec duo, quae commemoravimus, ad nos redeant, Ecclesia nostra ad primaevum illum suum decorem regredietur.

Quia vero ii, qui jam sunt episcopi aegre transformari [k. 120 v.] possunt, ideo illos, ex quibus fiunt episcopi, oportet ad exactum perfectae vitae tenorem quam optime formare. Si enim oblitetur fons, aut aliud quodpiam vitium contrahit, idem necesse est in torrentem quoque derivari, et si radix cariem sentiat, arbor etiam ramique ex ea procedentes vigorem amittant oportet, quamvis eas per diligenter cures. Monachi ordinis S. Basilii sunt illi, ex quibus iuxta canones Graecorum ad omnes praelaturas ecclesiasticas assumi debent capita. Quare si bonos velimus habere episcopos, curemus bonos religiosos, hoc est curemus, ut religiosi nostri sint docti inque bene ordinata ac perfecta vita interna religiosa bene fundati, quarum rerum neutra hoc tempore apud nos extat.

Quod ad doctrinam attinet, concedet quisque, quod huius defectu insigniter castiget nos Deus impletaque sit in nobis poena illa Dei, quam ipse pro summa ponit: „Auferam ab eis sapientem et doctum in lege“. Nulli sunt nedum hic in Russia, verum in ipsa media Graecia, et si quis sit, eum a Latinis habemus.

De sanctitate vitae etsi cum rubore at vere idem affirmare cogimur, quod neque haec, qualis debeat esse, sit. Exterior scilicet tantum ea sanctitatis imago est, quae in oculis simplicium appareat tanquam vera sanctitas, hoc est: protensa frequentiaque jejunia, prolixa operosaque officii Divini pensa, tot canones, tot prostrationes tam in ecclesia, quam in cella, cilicia, quies nocturna capta superstoria, parcus somnus, diversa ferrea stringendo afflictandoque corpori instrumenta et id genus aliae asperitates carni illatae. Quae bona quidem sunt, si ab interna sanctitate proficiscantur, aut sunt medium viaque ad internam sanctitatem, non tamen ipsa sanctitas. Signum rei huius est, quod cuncta haec usurpaverint gentiles quoque et etiam nunc usurpent Turcae Scitaeque. Diabolus vero plura his potest, ut magno illi sancto Antonio exprobrabat; nec tamen proinde sancti sunt, imo res eiusmodi saepe ad perniciem perducunt. Primo inflando hominem occulta superbia, ut alios, qui id non factitant, tanquam imperfectos pensi [k. 121] pendant. Unde semper tales regere appetunt, non vero ab illis regi. Secundo: quando instigante diabolo asperitatum eiusmodi immoderato usu sese interimunt, aut languorem invalidiamque contrahunt, ut deinde Deo scrivere non possint.

Vera germanaque seu, ut vocant, essentialis sanctitas in animo nidum suum habet, hoc est, quando is imperet, amor vero sui inordinatus facessat omnesque aliae passiones corporis perfecte rationi subiificantur. Unde amor erga Deum proximumque, qui hominem cum Deo nectit, valide exardescet, quod cum fiet, moritur homo sibi, ut vivat Deo, aliaeque virtutes omnes mox consequuntur. Jam hic possessiones cominodaque ut magna nil curat studiumque consequendi eas abiecit, aiens cum Apostolo: „Ecce nos reliquimus omnia”. Ad nullum casum summum etiam commovetur; non animo perturbatur, tolerantia armatus. Si etiam fortuna ipsi ad amussim faveat eveniantque omnia pro libitu votoque, non effertur, imo tunc magis se demittit, quia in sancta humilitate bene est fundatus. Et haec est genuina seu essentialis perfectio, quae in veris christianis reperiri debet.

Ut ad eiusmodi sanctitatem christianus homo facilius pervenire possit, adinventus est a Sanctis Dei modus, hoc est status monasticus, qui praeterquam quod separat a consuendo cum hominibus saecularibus, complectitur praeterea in se tria vota, nimirum paupertatis, castitatis obedientiaeque, per quae hominem ad perfectionem tanquam per certa media ad optatam metam perducit. His enim armatus miles Christi vincit tres hostes animae: mundum, carnem et daemonem, qui ipsi transitionem ad patriam a Deo promissam vetant, aut saltem remorantur. Paupertate superat mundum, quando omnes eius thesauros, dignitates commodaque temporalia, quibus ille homines valide divellit a Deo, calcat; castitate superat carnem, quando Deo vovet, nihil se permissum carni, ut spiritus eo aptior sit colendo laudandoque Deo. Obedientia execratum daemonem prosternit, qui et ipse superbia cecidit et parentem primum nostrum inobedientia, quae ex superbis pullulat, ad interitum redigit. Haec sunt tria vota, de quibus Graeci monachi neque sciunt, et tamen in his status [k. 121 v.] monasticus consistit, quibus amotis nihil a statu saeculari differet.

De contemplatione vero quid dicemus? quae est erectio mentis in Deum per considerationem penitamque intro apud semet expensionem legis, operum beneficiorumque divinorum, nostrae humilitatis ac omnium, quae in mundo sunt vanitatis. Citra quam ipsa haec tria memorata vota observare atque ad veram perfectionem, de qua diximus, pertingere non tantum difficile est, sed nec possibile. Fateri oportet res esse apud nos inauditas. Et tamen praeterea, quae de contemplatione divinorum in sacris litteris exstant, multa de ea exempla leguntur in vitis sanctorum nostrorum anachoretarum, qui integras dies noctesque agendo cum Deo impendebant immotis labiis, solo vero corde cum Moyse potenter clamando. Libri autem illis erant coelum, sidera, arbores, aves, animantia omnisque res creata quos lectitando doctiores evadebant, quam summi illarum aetatum philosophi, quemadmodum in vita magni Antonii nostri aliorumque plurium videre est. Unde concludo: aedificium religionis nostrae Graecae, patrum familias in eo degentium incuria e fundamentis motum esse.

Quare magna celerique reparazione indigere, ne Supremus Dominus ad ultimum nobis irascatur, quod in eius rebus tamdiu tantopereque negligentes simus religionemque nostram ac cum ea nos ipsis e radice evellat, quemadmodum fecit in Asia, in Africa, ubi olim pene ubique christiana religio florebat. Nos vero quo praestamus illis, ut dicere possimus nobis nil tale eventurum. Tremendum illud, quod nec eximit quempiam, quod propheta agit (Jerem. 48): „Maledictus, qui opus Domini facit negligenter“. Cui autem Deus maledicit, haud scio, unde benedictionem speret.

Cuncta haec Deo auxiliante reficiuntur, si ad monachos nostros doctrina vitaque religiosa introducta fuerit, ut supra meminimus. At unde comparabimus doctores, qui et possint et velint praestare nobis beneficium? Inter nosmet non reperiuntur, quemadmodum demonstratum est; aliunde igitur quaerendi sunt. Ab haereticis nec licet, nec consequemur, nam hi cum hostes sint fidei ceremoniarumque nostrarum, ad extremum diruerent, reficere quoque nesciunt, sed [k. 122] dumtaxat res factas destruere.

Refugiendum itaque restat ad fratres nostros, cum quibus ex eadem matre prognati sumus eodemque lacte in prima aetate nutriti, hoc est ad Latinos sive Romanos. Apud illos et doctrinam solidam et veram vitae sanctitatem, modo quis cum eis demorari simplicique oculo res ipsorum inspicere velit, quisque inveniet.

Verum duplex obex viam nobis ad eos praestruit: alter rubor, cum dicimus dedecori id nobis futurum, si ab illis petamus magistros, qui olim a nobis discebant. At minoris id momenti est, ita quippe ordinavit Deus Dominus, ut homo discat sese demittere, nec sibi vindicet, ac si propriis viribus providentiaque magni quid efficere possit. Erat tempus, cum magistri fuimus, Romani vero lubentes discebant apud nos. Nunc vero, quia pro elato animo nostro corripuit nos Dominus Deus, eo deventum est, ut illi magistri nostri, nos vero eorum discipuli simus.

Alter maior obex est, quantum attinet ad illos, qui sanctae unioni Ecclesiae Graecae cum Romana adversantur, hoc est innatum odium iraque implacabilis Graecorum disjunctorum contra Romanos. Unde provenit, ut etiamsi in illis angelica sit doctrina sanctitasque vitae evidentibus confirmata miraculis tanquam hostes capitales non sunt audituri. Cui remorationi ita occurro. Inimicum animalium patremque dissensionum ac osorem unionis sanctae Ecclesiarum Dei hoc odium in cordibus calamitosorum nostrorum hominum plantasse, quod probe sciret, quanta bona tam animae, quam corporis illis ex nexu cum Romanis preventura essent. Eius id opus esse signum evidens est, quod malint cum haereticis manifestis hostibus tam fidei, quam ritus eorum consuescere, quam cum Romanis, qui eos tanquam fratres suos complectuntur. Si modo inspiciamus historias, comperiemus res nostras mire eousque tam doctrina, quam sanctitate vitae floruisse, quo usque cum Romanis idem unumque fuimus. Scisso nexu omnia nobis discesserunt migraruntque ad Romanos. Monstret quis mihi post scissionem a septingentis hisce et amplius annis aliquem Chrisostomum, Basilium, Gregorium, Cyrillum, Athanasium, quorum olim dives erat Ecclesia nostra. Ego vero apud Romanos monstrabo in quolibet saeculo multos viros Patrum illorum similes.

Apud nos nullum deinde celebratum est concilium oecumenicum, apud Romanos vero tot, quorum aliquot celeberrima fuerunt, quibus multa bona atque Ecclesiae Dei necessaria praestita sunt.

Alii aequiores et qui unionem amplexi sunt, ad aliud quid [k. 122 v.] respi-
ciunt existimantes ob consuetudinem cum Romanis ritus nostros ecclesiasticos
collapsuros, quando illi nos nostraque ad ritum suum pertrahere contendent.
Verum nemo id merito timere potest, nam praeterquam quod ab oecumenico
concilio Florentino, in quo mutuo utriusque gentis consensu unio Graecorum cum
Romanis coaluit, confirmati sunt atque pro sacris agniti ritus, quibus Ecclesia
Graeca utitur. Verum his quoque proximis annis, quando nostri praelati Rutheni
unionem hanc per multos annos absitam instaurarunt a Clemente VIII Romano

Pontifice, privilegio singulari in scripto dato, satis expresse tanquam licti adeoque observandi sunt declarati additaque excommunicatio contra illos, qui ceremonias Eccelsiae Graecae convellere vellent. Ad haec modus quoque, quo Romani res nostras sustentare possint, quem infra proferam, satis tutus erit ritibus nostris in integro conservandis.

Quo igitur modo agemus cum Romanis, ut duo ista salvis rebus nostris ab eis consequamur, hoc est doctrinam perfectionemque religiosam? Duo tantum modi sunt, ut videlicet aut ipsi ad illos nosmet conferamus, aut illi sui nobis copiam praestent. Nam discipulo simul cum magistro oportet esse, praesertim quod attinet perfectionem religiosam, quam celerius condiscet ex consuetudine cum religioso perfecto, praequam ex concionibus librisque selectissimis. Hactenus istud posterius, quod tamen est praecipuum ad partem reponebamus, prius dum 'axat prensantes rati abunde nos rebus nostris consulturos easque reparaturos, si docti apud nos doctrinaque exstant, quamvis caetera omnia desint. At decepti sumus, quod id tantum attenderimus, quod mundo, non quod Deo arridet. Bona quidem est atque ad res spirituales multum conferens doctrina, sed cum est cum pietate coniuncta, qua destituta maiori exitio homini, quam adiumento est etiam in rebus politicis civilibusque. Curarunt duces quidam gentis nostrae doctores sumptuque ingenti e Graecia, Germania aliisque regionibus eos ad se exciverant, quia alii defuerunt doctores, qui iuuentutem inbuerent pietate omnique genere virtutum instruerent, quae eos et Deo charos et hominibus acceptos et sibimet deinde ipsis multum utiles efficerent.

Cum enim tenera aetas ad quodvis malum, quemadmodum plus quam nimium notum est, prona sit, ad bonum verum etiam facile flecti possit, vigili, [k. 123] diligenti atque in rebus ad animum spectantibus bene exercitato inspectore opus habet, qualis apud nos hucusque desiderabatur. Idecirco ex scholis illorum nullum Ecclesia nostra retulit adiumentum. Tales enim magno sibi ducunt probro, si fiant ecclesiastici, ac proinde nec fiunt, nisi qui nulli usui sunt nullumque receptum habeant.

Unde vero id proveniat? Inde quod in scholis educatione bona destituantur. Deus quoque eiusmodi scholis subtrahit suam benedictionem, id quod abunde spectavi, cum et ipsem et studiis operam darem in diversis academiis et alias observarem. Hac nostra aetate scholae patrum Societatis praestant; plus sciet, qui per triennium apud illos vacavit philosophiae, quam qui apud saeculares doctores annis decem. Causa rei huius est, quod non sint mercenarii, prompte libenterque praestant, quidquid ad gloriam Dei bonumque commune facturum putant. Docent autem eadem diligentia timorem Dei pietatemque, qua scientias. Idecirco Deus ipsis benedit, ut scholae eorum per omnes regiones, ubicunque degunt, florent, quod apud saeculares doctores nusquam videre est, etiamsi quam diligentissime docere velint. Et haec est causa, ob quam primus ille modus nobis non successit.

Altero quoque modo usi sunt nostri et etiam nunc utuntur. Non advocant ad se Romanos, quemadmodum supra dicebamus, sed ipsi ad eos vadunt. Verum nec id nobis ex voto cessit. Nam illi, qui deditiores virtuti pietatique erant, in quibus collocabamus spem auxilii perspecto ritu Romano observatoque, quod omnia in eo adsint, quae pius animus proficiendo in Dei timore cupere possit, hoc est confessarii eximii, confessio, sumptioque Sanctissimae Eucharistiae frequens, concionesquae vel glaciatissimum incendant, pastores boni, populus pius, ut undique exempla promineant virtutis sanctitatisque, in summa omnia eiusmodi

sunt, quibus anima saginetur. E contrario, quae fiant apud nos, patent. Requiris sacerdotem? son est qualem requiris. Vis confiteri peccata? non adest coram quo id praestes. Ad ecclesiam non est cuius rei gratia pergas, nam ibi tanquam in taberna, nec religio, nec ordo multaque alia, quae conspecta cordolio sunt homini cultum gloriamque Dei amanti, praesertim cum intuetur, quanta gentili barbaria tractatur Sanctissimum omnibusque virtutibus coelestibus tremendum Eucharistiae Dominicæ Sacramentum. [k. 123 v.] Nec spes adest emendationis, quia superiores, quibus id incumbit, nil curant. Haec igitur cernentes isti nostri abieco ritu Graeco ad Latinos migrant nobisque jam ut maxime velint opitulari non possunt. Cui occurrendo inventus fuit sapiens modus quidam a Clemente VIII, qui statuit, ut quicunque ad Collegium Graecum Romae studiorum causa veniat, antequam inde discedat, juramentum praestet, quo promittat et se in ritu Graeco perseveraturum et pro viribus suis eius incrementum curaturum. Verum quis huius etiam medi exitus? quippe cum redeant in Rhussiam, carent ab illis Russi praequam a Romanis, dictitantes hoc esse domesticos hostes ideoque formidabiores. Quare vix quid solidi effecerunt et pene mallet quispiam eorum ob dictos disordines, multo pretio redimere sese absolvique a ritu Graeco. Verum quia juramentum obstat neque retro pedem referre fas est, cogitur vel invitus ita persistere curareque, ut res ad bonum ordinem reduci possint.

Sententia igitur mea est, quemadmodum superius quoque innui, ordiendam esse instaurationem a domo Dei modo, ut religio quaepiam ritus Romani tam in sanctitate, quam in asperitate vitae bene exercitata nostraque religioni sancti Basilii quam simillima, eam curam suscipiat, ut promovendae gloriae optimi Dei bonoque animarum christianarum, quarum tot millia millium exerrant, mittat nobis tot religiosos, quot requirentur a nobis vitae sanctitate doctrinaque praestantes, qui absolute amplectantur ritum Graecum et institutum sancti Basilii, ita ut in omnibus genuini Graeci audiant. His facile procurabimus monasterium aliquod, addemusque eis tot nostros, quot internos idoneos habuerimus, ut nostri eos linguam Ruthenicam ceremoniasque nostras, ipsi vero nos scientias nobis magis necessarias doceant, et quod maximum est, ad religiosam perfectionem, de qua diximus, forment. Unde post aliquot annos etiam scholae pro saecularibus penes monasteria nostra erigi possunt, ut eos monachi tam scientias, quam imo magis pietatem doceant. Ex quibus deinde scholis ita bene institutis monasteria nostra viris doctis implebuntur sanctitasque apud nos ac cum ea omne bonum efflorescat.

Hunc modum nemo nostrum defugiet, non enim Romani, [k. 124] sed jam nostri Graeci nos docebunt. Sola restat difficultas, an assensuri sint nobis Romani subitique hoc negotium. Rogandi sunt solicitandique sunt. Apud prudentes amantesque gloriam Dei omnia obtinebimus, modo ne quid conscientiam laedat. Conscientiam vero id minime laedet, cum non sit res contra fidem factitatumque fuit ante, cum unio fuit. Modo quoque multi nostrum profitentur ritum Romanum et quidam Romanorum in ipsa Urbe Romae ritum nostrum. Et quod summmum est, ruina adeo grandis ritus nostri per tot amplissimas gentes diffusi permoverebit quemque, qui Deum diligit, ut id faciat. Saltem vero attendenda res apud Sanctissimum Patrem Papam multa magis ardua concedebantur, cum urgens exigebat necessitas, urgentior vero nostra revera non videtur esse.

Ita restituta monasteria hos nobis fructus afferent: 1. Religiosi doctrinaque vitaque perfecta lucebunt. 2. Confessarios concionatoresque bonos, quibus hactenus destituti sumus, habebimus. 3. Aperientur bene institutae scholae, ex quibus

boni sacerdotes Ecclesiae, dignique viri Reipublicae producentur. 4. Implebimus sedes episcoporum, archiepiscoporum viris eiusmodi, qui norint quod sit officium, quod suscipiunt sustinentque et quomodo sese in eo gerere debeant. Facile vero expediri posset, ut nulli ad dignitates ecclesiasticas ascendere liceat, nisi exactis aliquot annis in vita religiosa in eiusmodi monasteriis exhibitisque sufficientibus indicis bonaे suae conversationis. 5. Adaperietur via ad benefaciendum allis fratribus nostris, qui eodem nobiscum ritu utuntur. Per haec autem omnia collaudaretur per nos Deus eiusque Sancta Ecclesia exornaretur, quod homo quilibet christianus totis viribus curare debet.